

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

Supplementum Tomi Quarti De Sacramentis, Et Tomus Quintus De  
Ecclesia

**Chamier, Daniel**

**[Frankfurt, Main], 1629**

Liber primvs, de natvra et privilegiis ecclesiæ

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-932](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-932)

# PANSTRATIÆ CATHOLICÆ TOMI QVINTI

LIBER PRIMVS,

Qui est

DE NATVRA ET PRIVILEGIIS ECCLESIAE  
in his terris.

## Caput Primum.

Vox Ecclesia explicata.

I. **O**cvs quintus & vltimus Panstratiæ Catholicae, est de Ecclesia. Quod argumentum ex professo & accurate persecuti sunt Sadeel, Mornanus, Wibakerus, Rainoldus, Lunius, Sutlinius, Mortonius, Willerus, Gomarus, Sibrandus, nostri: Iohannes de Turrecremata, Iohannes Driedo, Albertus Pighius, Hosius, Petrus à Soto, Cochlaeus, Eckius, Arturus, Turrianus, Gregorius de Valentia, Bellarminus, Coferus, Beccanus, Papista.

II. Ecclesia (vt primo de nomine dicamus) vox euocandi, hoc est, ab euocando, nomen habet; quasi dicas euocationem, sive cœtum euocatorum, proprio; figurare vero & uterū uicē, locum euocatorum: quemadmodum eodem arguento Latini olim concionem à conciendo, hoc est, conuocando, dixerunt. Atque ita Hebrei Ecclesiam appellarent קה'ל à conuocando, quod est Hebreis קה'ל. Fœminum est קה'לה. Eodem sensu ijsdem dicitur קה'ל à congregando; quod est Hebreis שׁבָע; q.d. συναγωγή.

III. Vox hæc εκκλησία, olim apud Athenienses visitata fuit. Nominarunt enim illi cœtum ciuium, qui voce præconis è reliqua turba, quasi nominatim euocabatur ad concionem, vel ad audiendam Senatus ientiam, εκκλησία. Hinc scriptores sancti hoc nomen mutuo sumserunt, & ad sanctiorem usum transtulerunt, & id quidem aptissime. Nam qui ad veram Dei Ecclesiam pertinent, neque fortuito, neque sua sponte, vel viribus proprijs freti, ad eam confluent, sed vel immediate à Deo vel mediate voce præconum verbi, ex hoc mundo euocantur. Sic Abraham è Chaldais, Paulus è cœtu Pharisæorum euocatus fuit.

IV. Danæus quidem hanc Ecclesiæ derivationem ab euocando improbat, quia euocare sit extra vocare. Ergo (inquit) si Ecclesia ab euocando deducitur, cœtus erit extra DEV M vocatus: atq; Deus contra ad se vocat, non à se amandat Ecclesiam suam. Sed particula εν significat separationem, nimirum ex mundo, non verò à Deo. Itaque merito retinetur nomen εκκλησία: vt pote quod vi particula εν notat separationem ex mundo, & vi verbi καλεῖν collectionem sive congregationem ad regnum Dei; quorum illud significat terminum à quo, hoc terminum ad quem. Vnde Paulus Apost. eccleiam aliquoties vocat κλητούς ἀριστούς, vocatos & sanctos.

V. Quaratione etiam dicitur συναγωγή, Iacob. 1. v. 2. & ιακωναγωγή. Hebr. 10. 25. Fallitur itaque Bellarminus, quando lib. 3. de Ecclesia militante, cap. 1. ita scribit: Populus veteris testamenti proprie dicitur synagoga, id est, congregatio, populus N. T. nusquam dicitur synagoga, sed semper Ecclesia, i.e. euocatio. Congregari enim commune est hominibus cum bestijs: at euocari propter ethominum.

VI. Hanc sententiam Bellarminus ex Augustino sumit: qui in psal. 77. ait: Nostram apostoli nunquam dixerunt synagogam, sed semper Ecclesiam. Et in psal. 80. scribit, ecclesiam Iudæorum dictam esse synagogam, id est, congregationem, quod congregari & pecora solent, atque ipsa proprie, quorum & greges dicimus: Christianorum vero ecclesiam, id est, conuocationem, quia conuocari est magis ratione vtentium. Priorem Augustini assertione labefactatis, quem citauimus, Iacobilocus, c. 2 v. 3. i.e. εἰδότες τὴν συναγωγὴν οὐκεν, si ingrediatur in synag. g. in vestram, hoc est, in Ecclesiam, ubi conuentus est Christianorum. Latinus interpres vocem Græcam Iacobō usurpatam vitans, vt videtur, de industria, vertit, in conuentum vestrum. Itaque Augustini & Bellarmini assertio de Latina versione reperitur vera. Ignatius epistol. 1 coniungit hæc duo nomina: χαρις προσθυτούσης αὐτοῦ σὺν εστιν, οὐτούσιος μηδέποτε σύναγος οὐτούσιος, i.e. presbyterus ecclesiæ non est, neque congregatio sacra, neque synagoga sanctorum. Posterior Augustini, & ex eo Bellarmini, assertio, refutatur ex Iohann. decimo v. tertio. vbi pastor dicitur καλεῖν εκβάλει; & ex Xenophontis Cynegetico, vbi καλεῖν de canibus usurpat.

VII. Fatemur tamen ab Apostolorum temporibus vocem synagogæ de Iudæis καλεῖν, usurpatam, vt vocabulum Ecclesiæ de Christianis: idque διαγεγένεται, vt loquuntur. Atq; hæc distinctio à Patribus plerumque obliterata fuit. Vbi & illud ait εἰς ταραχῶν adnotare non ab refuerit: vt apostolus Hebr. 10. 25. de ecclesiasticis conuentibus usurpat nomen ιακωναγωγή; ita

falsorum Christianorum cœtus à Græcis appellari συναγωγας, falsas syngogas.

VIII. Porro vox Græca Ecclesia, Hebraica קה'ל, & Syriaca נָתָרָה, in Scripturis aliquando accipitur pro loco, aliquando pro cœtu. De loco, sive templo materiali, usurpatur Deut. 23. v. 1. 2. Non ingredierunt lœsus attritione testium, & absessione membra בְּקָרְבָּן in Ecclesiam Domini: Non ingreditur spurius בְּקָרְבָּן in Ecclesiam Domini, hoc est, in sanctuarium sive domum Dei. נָתָרָה sicut Ierem. explicat Thren. 1. 10. Sic I. Cor. 11. 18. וְאַתָּה  
זֶה συνεχομένον εἶπαν τῷ εὐαγγελίῳ, Syriacē נָתָרָה: Primum quidem enim cum conuenitus vos in Ecclesia, hoc est, in templo. Sic Iudit. 20. 2. Ps. 68. 27. Iod. 2. 16. 1. Cor. 14. 34. Leu. 16. 31. 2. Maccab. 1. 1. c. 2. 9. Hinc August. q. in Leuit. lib. 3. q. 57. ait Ecclesia dicitur locus, quo ecclesia congregatur. Est itaque hæc metonymica vocis huius acceptio. Vbi non est prætereundem, in primitiva Ecclesia synagogas Iudæorum seruissæ Iudaicæ & Christianæ ad cultum Dei conuenientibus Acto. 15. 21. & 19. 9. Iacob. 2. 2. Ita οὐρανος ex Philone ait de preparat. euang. lib. 10. cap. 12. Concurrunt ad loca sacra, quæ synagogæ dicuntur, singulis sabbatis: vbi ordine sub senioribus iuniores confidere solent. Verum synagoge nomen de locis Iudaicis solis mox usurpati coepit: Christianorum autem loca ecclesia, συναγωγα, oratoria, & κυριακα dominica, & εκκλησιαστικα, sunt vocata. Porro, quod in Ecclesiastica historia dicitur, Constantium Magum circumduxisse Ecclesiam portatorem, id de supellectilibus & libris sacris, quorum usus est in cœtu piorum, intelligendum. Et Scholastici Ecclesiam materiale vocant templum cum adiunctis suis.

IX. Voces istæ εκκλησία, קה'ל, Καθολική, usurpatæ de cœtu, aut malam, aut bonam in partem accipiuntur. Significant enim vel cœtum impiorum, Gen. 49. 6. Num. 16. 21. & hæc dicitur ecclesia malignantium; Psalm. 2. 5. vel cœtum mortuorum, Proverb. 21. 16. vel denique cœtum hominum ad profanum, aut sanctum finem conuocatorum. Prioris acceptio exemplum est 1. Reg. 8. 14. vbi קה'ל, יִשְׂרָאֵל est cœtus & conuentus totius populi ordinatus, ac per suos ordines euocatus. Sic vers. 22. & alibi Ia. 4. Acto. 19. 32. dicitur εκκλησία συνεχομένη, concio confusa; & ibid. vers. 39. dicitur dimissa ecclesia, hoc est, concio illa temere congregata. Posterior acceptio quæ in Scripturis est visitior, aut est propria, aut figurata. Proprie summa vox Ecclesiæ, totum cœtum fidelium ex viatoribus & comprehensoribus, item pastoriis & ouibus constanti, significat, Ep. 1. 5. 2. 5. Figurate vero usurpatæ, per synecdochen significat, vele ecclesiam triumphantem, Apoc. 2. 1. & 22. Heb. 12. vele ecclesiam militantem, 1. Tim. 3. 15. Apoc. 12. vel pastores & prefectos ecclesiæ, Mat. 18. 17. quæ vulgo dicitur Ecclesia representatiua: vel denique oues sive auditores; & ita est ecclesia alia publica, vt Corinthia, vel similis, Act. 20. 28. alia priuata sive domestica, Rom. 16. 5. 1. Cor. 4. 15. Ptol. lem. v. 2. Confer infra lib. 4. v. 1. §. 1.

X. Etita quidem vocabulum hoc Ecclesia sumitur in Scripturis. In disputationibus theologicis hæc eadem vox ampliatur, ita nempe vt Ecclesia ab aliis dicta sit cœtus eorum, quos Deus euocat è natura & modulo naturali ipsorum per gratiam in dignitatem filiorum suorum ad nominis sui gloriam. Genera autem, sive p. i. generales Ecclesiæ huius, sunt duæ: angelicum & humanum genus. Rursum Ecclesiæ huius absolute dictæ, & partium illius vocatio à Deo est dupl. x. vna per naturalem gratiam, communis omnium; altera, per gratiam supernaturalem, quæ gratia dicitur κατὰ φύσην, cum naturæ opponitur. Quæ vocatio per naturalem gratiam omnibus communis est, fit a Deo secundum esse naturæ communiter. Vociati enim sunt hoc modo, angelii & homines, quatenus donati fuerunt imagine Dei, adeoque supra res creatas cæteras eucti. Peculiariter tamen homines protoplasti in statu innocentiae constituebant ecclesiam verbo legis & sacramento arboris tum virtæ, tum scientiæ boni & mali informatam. Atque hæc est Ecclesia filiorum Dei iure creationis. Ex qua quia multi angelii, & omnes homines in Adamo & Eva exciderunt, in eius locum substituta est Ecclesia filiorum Dei iure confirmationis & redemtionis. Ius confirmationis locum habet in angelis bonis, ius redemtionis in hominibus electis. Itaque Ecclesia Catholica absolute, sive late, duas habet partes integrales, angelos bonos, & homines electos. Quod attinet ad angelos bonos, illi sunt

## LIBER PRIMVS CAP. II.

& ἐκκλησίοις, ut Apostolus testatur 1. Tim. 5.21. & ἐκκλησίοις hoc est, euocari, quia non solum supra naturam suam, per quam sunt mutabiles, sed etiam super alios ad eandem speciem natura pertinentes, id est, angelos malos, sunt vocati ad communionem gratiae & gloriae in Christo tanquam in capite & principe militiae coelestis. Sed quia angeli non amplius vocantur, sed immutabiles in sua vocatione persistunt, ad quam electi sunt: homines vero quotidie vocantur a Deo; ex eo factum est, ut Ecclesia de humano genere singulariter diceretur. Et hoc significat vox ista in toto hoc argumento a nobis usurpatum. Quanquam angeli boni etiam ad istam Ecclesiam hominum pertinent, tanquam illorum σύντελες, τούτοις οὐ τανόματα λέγεται. ap. 19. Heb. 1. Sed satis de notatione & diuersa acceptance huius vocis. Accedamus itaque ad rem ipsam.

### C A P. II.

#### Variae veraeque distinctiones Ecclesie.

I. Generalissima notione Ecclesia distinguitur in veram, & falsam. Sed haec est distinctio generis aequioci: quia *fides* in Ecclesia *Providence*, siue falso dicitur Ecclesia. Itaque nos agemus de vera Dei Ecclesia, quae ab Augustino eleganter appellatur *civitas Dei*. Hec eti si numero est una, tamen certis quibusdam modis distinguitur. Nam Ecclesia est nomen totius, vel partis: & utroque attenduntur variae conditiones, accidentia, & circumstantiae, hoc modo.

II. Ecclesia, ut est nomen totius appellatur *Catholica*, & *vniuersalis*. Est Catholica, seu vniuersalis, vel absolute, vel secundum quid. *Ecclesia absolute vniuersalis* est cœtus eorum omnium, qui inde ab initio mundi usque ad finem seculi in Christum credunt, & per eum saluantur, siue iam in celo cum Christo regnent, siue adhuc in his terris militent. *Ecclesia vniuersalis secundum quid* est vniuersus cœtus credentium, qui in his terris ex humano genere colliguntur. Etsi enim Ecclesia Catholica absolute & late est vniuersitas ex electis angelis & hominibus a Deo constituta: tamen illa Ecclesia pars, quæ ex electis hominibus coagmentata est in celo & in terra, optimè & rectissime Catholica Ecclesia appellatur, absolute, inquam, & stricte: quia complectitur vniuersitate omniū credentium, in celis & in terris. *Kursus* id etiam non male obtinuit, ut haec ipsa pars Ecclesia Catholica, quæ in terris adhuc colligitur, *negat* non numerum per synecdochen, Ecclesia Catholica diceretur. Hæc enim Catholica est, si comparetur cum iis partibus, quæ in orbe terrarum hinc inde sparsa sunt, & quæ secundum cœlum etiam quidem Ecclesiæ sunt, secundum vero rationem totius corporis partes Ecclesiæ Catholicae sunt, & particulares Ecclesiæ appellantur. Itaque Ecclesia, quæ ex humano genere in terris colligitur, comparete Catholica seu vniuersalis appellatur, velut in hac orbis terrarum vniuersitate subsistens sine distinctione loci. *Querhadmodum & ratione temporis* Catholica potest appellari, quæ inde ab origine in terris colligitur ad consummationem usque seculi. Hæc enim Ecclesia est regnum Christi in his terris; quod ab ortu usque ad occasum, à primordio mundi usque ad finem pertinet: ut prophetæ vaticinatis sunt. Nam cum certo Dei consilio Ecclesia primum in gente Sethi ante diluvium post diluvium, in Semini & Abrahami familia ac Iudeorum republi- cas substitit: id postea mutauit Deus, cum doctrinam Euangelii in toto terrenum orbe promulgavit. Sic Ecclesia Israelicita, angustis Iudeorum finibus circumscripsa, adeoque particularis, beneficio Christi facta est Catholica siue vniuersalis, in omnem terram exente sono Apostolorum. Denique maxime figurata, & catachrestica est Ecclesia Catholica appellatio, cum ita dicitur ob Catholicam doctrinam, quam Spiritus sanctus per seruos suos in Scripturis sacris traditam, omnibus, semper & ubique (v. Vincentius Lirinensis eleganter ait) prescriptis obseruandam: ut qua omnes, qui salutem a Deo expectant, omni tempore & loco sine exceptione obligantur. Hæc enim doctrina sola est absolute Catholica. Atque ex hac significatione originem habet Ecclesia Catholica, & Ecclesiarum atque hominum Catholicorum denominatio. Sed colligamus hanc Ecclesiæ Catholicae homonymiam in unum veluti fasciculum. Ecclesia Catholica ita dicitur sex modis. 1. de vniuersitate angelorum & hominum electorum. 2. de vniuersitate hominum electorum, in celis & terris degentium. 3. de vniuersitate hominum electorum in terris, quæ amplectitur Catholicam doctrinam de Messia, hoc est, omnium inde ab origine mundi fidelium Catholicorum sensu; vnamiq; fidei recepta & custodita. 4. de Ecclesia Novi testamenti, quæ fuit, est, & erit εἰς ὅλην τὴν γῆν. 5. de vniuersitate credentium, uno eodemque tempore in mundo hoc viuentium. 6. de vniuersitate qualibet, puta Corinthiorum, quæ retinet doctrinam Catholicam. Ex his applicationibus prima est maxime propria. Sicut enim τὸ καθόλον vniuersitatem mundi appellamus celo & terra definitam: ita Ecclesiam Catholicam, quæ in mundi vniuersitate, celo & terra, consideret. Ad hanc significationem proxime accedit secunda: ut patet ē dictis. Sed quia totus hic terrarum orbis, εἰς ὅλην τὴν γῆν, siue πᾶν (ut vocatur Matth. 24.14. & Luc. 2.1.) respectu partium ipsius, & nostri, quoddam est εἰς ὅλην siue vniuersitas quædam, ex eo factum est, ut quæ Ecclesia ex humano gehere inde ab origine mundi colligitur, comparete Catholica appelletur: quæ est Terræ significatio. Quo accedit ratio temporis, ut diximus. Itaque Ecclesia Catholica hac tertia significatione ita distinguitur ratione loci & temporis. Atque hoc sensu fideles V. T. etiam pertinent ad Ecclesiam Catholicam. Quarta significatione ratio est: quod Ecclesia N.T. colligatur in vniuerso orbe, Matth. 26. v. 13. Mari. 14. v. 9. cap. 16. v. 15 ex Iudeis & Gentibus, Eph. 2. v. 14. 15. sicut velut oecumenica. Arque ita opponitur hæc appellatio Ecclesiæ veteris testamenti, quæ fuit ordinarie collecta in uno populo Iudaico; Ps. 147. v. 19. 20. Rom. 3.9 & 11. Est & alia huius appellationis ratio. Opponitur enim Ecclesia Catholica hoc sensu contumelialis hæreticorum. Quæ oppositio Catholici & hæreticii in primitiva Ecclesia fuit vfitatissima. Etsi enim simulac Ecclesia Catholica per Christum ministerio Apostolorum est collecta, simul adhuc est multiple malum, quod hæres in appellamus: tamen illud, quod diximus malum, intra certas regiones substituit, neque totum orbem, ut Ecclesia, perugatum est: si excipias vniuersalem apostasiam subantichristo 2. Thess. 2. quæ totum orbem induit, ut posset mentiri in nomen Ecclesiæ Catholicae. Quinta appellatio re-

spicit ecclesiæ particulares. Ut enim partes omnes simul collectæ seu summae constituunt totum: ita omnes particulares Ecclesiæ simul summae constituant Ecclesiam Catholicam. Sic Scriptura distinguit Ecclesiam καθολικὴν, siue εἰς ὅλην τὴν γῆν, per vniuersum mundum dispersam, ab Ecclesiis καθολικαῖς, vel καθολικαῖς collectis. Sicut epistolæ Catholicæ dicuntur, quæ non vni aut pluribus tantum particularibus Ecclesiis inscriptæ sunt, sed in genere omnibus creditibus, vbiuis gentium degentibus. Sexta appellatio non respicit vniuersitatem loci & temporis per se, sed per accidens, quatenus doctrina Catholicæ dicitur quæ omni tempore & loco ab omnibus creditibus est recepta & custodita.

III. Ecclesia, ut est nomen partis, distinguitur ratione partium essentia- lium, & integralium. Partes essentiales sunt materia & forma. Materia Ecclesiæ sunt homines vocati. Matt. 20.16. Forma est ipsa vocatio, eaque vel simplex, id est, aut externa tantum, aut interna tantum, vel coniuncta, id est, externa & interna simul. Partes integrales distinguuntur secundum locum: Nam aliorum πόλεων est in celo, velut in patria, vbi & nostrum πόλιτευμα estialiorum vero in hac terra, velut in via. Ratione materia Ecclesia distinguitur in eam quæ est hypocrita, tantum, vel credentium tantum, vel utrorumque. Dici itaque potest Ecclesia simplex, quæ constat vel bonis tantum, vel malis tantum: & mixta siue composita, quæ constat bonis & malis simul. Ratione forma est Ecclesia vel visibilis seu externa, vel inuisibilis seu interna, vel composita ex visibili & inuisibili siue ex externa & interna. Ratione partium integratum Ecclesia a priscis & orthodoxis Patribus dividitur in triumphantem & militantem. Rursum Ecclesia militans in multis particulares subdividitur. Euolutamus singula.

IV. Ecclesia, in qua sunt mēta hypocrita, appellatur hæretica: estque Ecclesia καθολικῶν, ut Nouatianorum, Donatistarum &c. Ecclesia, in qua sunt meritores, est inuisibilis, eaque vel particularis, vel Catholica, quam utramque Christus acquisiuit suo langle, Act. 10. Ecclesia, in qua sunt hypocrites electi mixti, est visibilis & particularis tantum. De hac loquuntur illæ Christi similitudines: Matth. 13. de agro ferente triticum & zizania, vers. 24. de verruculo, continentis pisces bonos & malos, vers. 47. Mat. 16. 2. vers. 12 de area, in qua triticum depositum est, & paleæ. Matth. 22. v. 10. 12. de nuptiis, quibus interfunt boni & mali. Matth. 25. 1. de virginibus prudentibus & fatuis. Job. 10. v. 1 de ouili, in quo sunt oves & hirci, v. 15. v. 5. de vite, in qua sunt palmites ferentes fructum, & steriles. Luc. 1. v. 7. de arbore habente ramos virides & aridos. 1. Tim. 3. v. 15. & 2. Tim. 2. v. 1. de magna domo, in qua sunt quædam vasa aurea & argentea, quædam lignea & fictilia, quædam in honorem, quædam in ignominiam.

V. Ecclesia inuisibilis est cœtus sanctorum, hoc est, vere credentium, & finem fidei, nempe animarum salutem, consequentium, Rom. 8. ver. 29. 30. 1. Petri. 1. ver. 3. 4. 8. 9. Dicitur inuisibilis, scilicet hominibus, propter fidem & electionem, quæ humanis oculis percipi non potest, iuxta hæc Scripturæ testimonia. 1. Reg. 8.39. Tu solus noster cor omnium filiorum hominum. 1. Reg. 19.18. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu imaginis Baal. Luc. 17. 12. Regnum Dei non venit cum observatione. 1. 1. 3. 8. Spiritus vbi vult, spirat. 2. Tim. 2. 19. Dominus nouit, qui sunt fui. 1. Petri. 4. 14. ordinatus sponsæ Christi internus est, nempe occultus homo cordis, 1. Petri. 3. 4. Sic ex Rom. 2. ver. 28. 29. Christiani veri definiuntur, qui sunt εἰς τὸν πνεῦμα. Et Coloss. 1. ver. 3. vita sanctorum dicitur esse abscondita cum Christo in Deo. Hæc igitur Ecclesia est corpus illud & complementum, & sponsa Christi: cui vni proprio conueniunt, quæcumque in Scripturis honorifica, eximia, & gloriola de Ecclesiæ predicatorum: per synecdochen autem Scripturæ visitata referuntur ad Ecclesiam visibilem, idque propter vere credentes, qui sunt in ea. Perinde ac si quis agrum egregiis epithetis ornaret piopter triticum, cui tamen multa mixta sunt zizania: vel urbem, propter egregios quosdam viros & ciues, quibus tamen mali etiam & peruersi sunt commixti. Vide augustinum epist. 19.

VI. Ecclesia visibilis dicitur propter prædicationem verbi, & administrationem sacramentorum, quæ in oculos & aures incurrit, sicut & alia extera Ecclesiæ officia. Basilius Magnus in vtraque homilia in Psal. 28. vocat εἰς ὅλην τὴν γῆν sensibiles conuictus quia nempe sensibus notantur. Est ergo Ecclesia visibilis cœtus hominum doctrinam diuinam profitentium, & sacramentis diuinis institutis vtentium in quo cœtus sunt sancti, hoc est, vere credentes & electi, quibus mixti sunt non sancti, sed tamen in doctrinae professione consentientes. Et ideo hæc dicitur Ecclesia composita ex visibili & inuisibili. Alias Ecclesia visibilis tantum complectitur solos hypocritas. Nam Ecclesia secundum formam vel exteram, vel internam, vel utramque simul. Secundum formam solum internam Ecclesia est cœtus hominum, externa professione fidei & sacramentorum communione ita colligatus, ut nullis internis virtutibus sit præditus. Itaque huius Ecclesiæ membra sunt hypocritæ. Secundum formam solum internam Ecclesia ab Augustino definitur cœtus prædestinatōrum, itemque sanctorum & beatorum. Prædestinatōrum quidem respectu consiliis Dei ab æterno generantis Ecclesiam. Sanctorum autem & beatorum, respectu complementi & perfectionis in æternitate futura. Secundum formam externam & internam simul Ecclesia est cœtus eorum omnium, qui non solum externo religionis exercitio, verum etiam interna & efficaci spiritus sancti vocatione colliguntur, & Christo colligantur seu vniuntur.

VII. Quia vocatio est forma Ecclesiæ, opera pretium fuerit de illa plenius differere, ut melius intelligi queat distinctio Ecclesiæ in visibilem & inuisibilem. Estantem vocatio, per quam Ecclesia est id quod est, primo immediata, vel mediatā: deinde ordinaria, ve extraordinaria: tertio interna, vel externa: qui modi adhibentur vel seorsum, vel coniunctim. Immediata vocatio est, quam Deus per se facit in Christo, virtute spiritus sui. Hæc vocatio est pure diuina, & omni exceptione maior, modum creatæ huius naturæ superans. Vocatio mediatā est, qua Deus vocat sermone, signo, & operi, ordinatio vel extraordinario; prout Deo visum fuerit hominibus innovescere. Ac primis quidem Ecclesiæ temporibus sermo Dei fuit extraordinarius, quo patriarchas appellabat singulariter. Sed ex quo cœpit Ecclesia amplius multiplicari cum humano genere, & malimores erroresque geruntur, utrumque vniuersitatem apostasiam subantichristo 2. Thess. 2. quæ totum orbem induit, ut posset mentiri in nomen Ecclesiæ Catholicae. Quinta appellatio re-

ille canon est, quem Scripturam sacram appellamus. Signa quoque omni tempore pro ætate Ecclesiæ ad sermonem fuerunt adiuncta, authore Deo: eaque ordinaria, vel extraordinaria. Et in ordinariis principatum tenent sacramenta. Opera, quæ Deus ad Ecclesiæ informationem adhibet, similiter sunt ordinaria, vel extraordinaria; quæ in Scripturis & quotidiana vita se offerunt magno numero. *Vocatio ordinaria* est, quando Deus adhibet media vñitata: *extraordinaria*, quando vel nulla, vel inusitata adhibet media, in vocatione Ecclesiæ sua. *Vocatio interna* est, qua Deus intus vocat per Spiritum: *externa*, qua vocatio per ministerium Ecclesiæ sua. Atque hæc est *vocatio Ecclesiæ*: quæ, ut est actio Dei vocantis, in ipso Deo est; ut vero recipitur ab Ecclesia, ipsius forma est. Et licet hæc vocatio recipia sit vna: tamen modis suis distinguitur, ut ex iis quæ diximus patet. Et quia modi isti vel singuli adhucuntur, vel coniuncti, recte vocatio distinguitur in simplicem sive separatam, & coniunctam sive compositam, quæ & mixta dicitur. Aut enim seorsim adhibetur vocatio ordinaria, itemque extraordinaria; similiter interna, vel externa: aut ordinaria coniungitur cum extraordinaria, & interna cum externa, & immediata cum mediata. Porro vocatio immediata & interna tantum est extraordinaria: mediata, itemque externa coniuncta cum interna est ordinaria. Externa potest esse ordinaria, vel extraordinaria. Semper autem vocatio interna est quasi anima vocationis externæ, primas tenens in rebus sacris qua publicis, qua priuatis. Nam vocatio externa offert gratiam: interna conferit gratiam. Illa signi est, hæc beneplaciti & electionis: illa significatio, hæc efficacia: illa communis omnium vocatorum, hæc propria electorum: illa materialis, hæc formalis: illa ad viam, hæc ad comprehensionem gratiæ & gloriæ: illa præcedens, hæc subsequens: illa monens atque excitans voluntatem, hæc mouens atque perficiens efficaciter. Est autem efficacia huius vocationis ex modis ipsis, quos recitauimus, distinguenda. Nam alia effecta externa sunt, alia interna. Externa sunt, cum ministerio externo tanguntur & mouentur sensus: interna, cum tanguntur mouenturque intellectus & voluntas. Vtraque effecta locum habent in hypocritis & credentibus. Nam etiam impiis datur nonnunquam videre, audire, gultare, tangere, lentire quæ sunt externi ministerii, & per ea quodammodo intus animo, id est, intellectu & voluntate affici, ut *A. 8. Hebr. 6.* Sed ista effecta licet insint multis communiter, aut quibusdam singulariter: tamen efficacia eos demum salutariter permouet, qui viuunt mouenturque à Spiritu Christi in ipsis habitante. Quapropter interna efficacia est duplex: vna salutaris, & electorum propria: altera, non salutaris, ad vocatos spectans & communiter, gradibusque distinta plurimis. Nam sermo de regno cœlorum, id est, verbum Dei, est semen, quod ab aliis vocatis non accipitur, ab aliis accipitur, & quidem vñsecundum viam, vel in petro solo, vel inter spinas, vel in solo bono, ut docet Christus *Matth. 13. Lue. 8.* A' quibus non accipitur, ibi vocatio est inefficax: a quib. accipitur, majori vel minori efficacia accipitur. In plerisq; vero efficacia non est salutaris: sed in iis demum, qui sunt ordinati ad vitam æternam, *A. 13. 48.* Hic nepe vñuenit, q; in pluvia, quæ aliter inebriat terram quæ particeps fit benedictionis diuinæ, aliter ea afficit, quæ profert spinas & tribulos, *Eph. 5. 10. Hebr. 6. 7.* Quo fit, ut sola gratia, quæ donatur electi, & vocatio, qua illi vocatur, dicatur interna & efficax *ad ext. 10.* Et tab. illa denominatur *Ecclesia inuisibilis*: sive ea sit Catholica, sive particularis. Nā nō solū Ecclesia Catholica hoc modo est inuisibilis, sed etiā particularis, quatenus in illa sunt electi. Gratia namque Dei nos eligentis, quæ facit vtramque Ecclesiam, hoc est, cœtum illum electorum vel in toto mundo, vel in uno aliquo mundi angulo, non videtur. Sed Ecclesia Catholica hoc etiam nomine est & dicitur inuisibilis, quoniam *nō possum* non possunt conspicere oculis corporeis. Nec enim omnes & singula Ecclesiæ possunt à nobis conspicere oculis corporeis: præsertim Ecclesia in cœli triumphans. Ad extremum Ecclesia etiam dicitur inuisibilis, quatenus later tempore defectionis & persecutionis: ut tempore Eliæ. Quo sensu Hilarius dicit Ecclesiam olim in cryptis fuisse conseruatam. Dua priores denominationes Ecclesiæ inuisibilis sunt intrinsecæ; quippe à forma: postrema est extrinseca, ut pote ab accidenti.

**VIII.** *Ecclesia triumphans* est illa Ecclesiæ pars, quæ in cœli extracta est: *militans*, quæ in terra per gratiam Dei suis gradibus extruitur, *Eph. 4. 16.* quæque à Nicolao de Clemangis, disputatione super materia Cœcili generalis appellatur *Ecclesia peregrina in terra*. Illius modus est perfectus: huius, imperfectus. Hæc enim est in fieri, illa in factum esse. Quemadmodum itaque maxima domus, cum plane extracta est, iusta & pura sunt, splendent, arrident omnia; cum vero adhuc aedificatur, nec iustus modus, commensus & situs omnium est cœmentorum & ruderum quæ ad aedificationem sunt comportata, nec ferme quidquam ita est comparatum per se, ut puritate, splendore, dignitate, gratia, ingredientibus satisfaciat: in eum modum se habet ecclesiæ illius Ecclesiæ ab hac terrestri diueritas. Illa sancta & inculpata est: hanc Christus sanctificat, & purificat indies magis ac magis lauacro aquæ per verbum, ut fistat eam sibi gloriosam, Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, *Eph. 5. 26.* Illa tota pulchra est, & macula non est in ipsa: hæc a suis cordibus carne, peccato, mudo, ad pulchritudinem excitatur, paraturque diuina gratia, & labore ministrorum, imo & ipsorum credentium, summo. Papistæ duabus hisce partibus Ecclesiæ addunt tertiam, quæ nempe labore in Purgatorio. Sed *āng. 7. 29.*

**IX.** *Ecclesia particularis* secundum essentiam suam Ecclesia est, secundum vero rationem totius corporis est pars Ecclesiæ Catholicae in histeris militantis; & ideo appellatur Ecclesia particularis. Est enim illud cum ratione conuenientissimum, ut Ecclesiæ nomen, quod absolute nomen angustissime illius vñiversitatis est totius, etiam aliis vñiversitatibus, quæ comprehenduntur sub illa, tribuatur: id est, tum vñiversitati huic toti quæ in terra degit, Christum sequens vocantem ad vitam æternam; tum singulis vñiversitatibus, quæ hinc inde auctorito Christi per Spiritum & verbum eius colliguntur. Nam ex natura & ratione est, ut tres *ang. 7. 29.* id est, similares, seu ex partibus consimilibus inter se constantes, uno eodemque nomine censeantur, quod aequi toti commune sit ac partibus eius. Aqua est Oceanus, & aquæ gutta: sanguis est totus ille humor vitalis diffusus in corpore, & vñicus grumus illius: caro est massa illa vñiformis in corpore, & quodlibetius fructillum caro. In eundem modum se habet censeturque Ecclesia Dei: cuius & vna est absolute vñiversitas hoc nomine appellata, & in ea vñiversitates singulæ *āng. 7. 29.* rationem vnam habent in se, quamvis singulæ eorum membra diuersa sint; & nomen commune ex ratione communi obtinent.

Quapropter etiam in Scripturis passim Ecclesiæ appellantur: ut Corinthiorum, Galatarum, Thessalonicensium &c. gentium & Iudaorum &c. atque adeo Ecclesia quæ in domo Aquilæ & Priscillæ fuit, *Rom. 16. 5.* Neque refert, quod in Ecclesiæ particularibus sunt vñplurimum hypocritæ electis immixti. Nam ideo Ecclesia Catholica non definit esse totum homogeneum, & Ecclesia particularis, quatenus complectitur membra Ecclesiæ Catholicae, pars homogenea: quomodo videmus corpus hominis vñcrois non efficere ut corpus desinat esse humanum. Ceterum Ecclesia particularis diuiditur in duas partes integrantes: videlicet *clericis suis* seu *clericis presbiteris suis*, quorum corpus vocatur presbyterium, *1 Tim. 4. 14.* & Ecclesia Syncedochice *Matth. 18. 17.* & *ūvñg. 10. 22.* seu *clericis suis*, subiectis suis: quorum corpus vocatur *clericis suis*, greci Christi, *1. Petr. 5.* aut Ecclesia diuiditur Syncedochice, *Act. 5. 11.* & alibi.

**X.** Atque haec sunt distinctiones Ecclesiæ, quatenus illa consideratur & est vel absolute in se tota, vel relate in suis partibus. *Ex conditionibus & accidentibus suis* Ecclesia est perfecta, vel imperfecta: pura, vel impura. Ecclesia perfecta est in facto esse, ut illa in cœli: *imperfecta* in fieri, ut illa in terra. Neque tamen solum Ecclesia triumphans dicitur perfecta, & militans, imperfecta. Nam Ecclesia militans, quatenus aut incipit, aut interrumpitur, dicitur recte imperfecta: quatenus iam constituta est, perfecta. Rursus Ecclesia pastoribus suis destituta per hominum iniuriam, est Ecclesia imperfecta. Itaque perfecta est, quæ constat pastoribus & auditoribus. Denique Ecclesia ratione auditorum, qui ex profectu dicuntur perfecti, est perfecta. Itaque imperfecta est Ecclesia Catechumenorum, & aliorum imperfectorum. *Hebr. 5. v. 12. 13. 14. c. 6. v. 1. 2.* Ecclesia pura est, quæ veram religionem, id est, prædicationem verbi & administrationem sacramentorum habet incorruptam: dicitur alias orthodoxa: *impura*, in qua religio est corrupta. Vrae vel in positivo, vel in comparatio, vel in superlativo gradu est & dicitur pura aut impura, prout vel magis vel minus ad sinceritatem doctrinae accedit, vel ab ea recedit. Non nominatim vero Ecclesia impura est vel simpliciter errans, vel heretica, vel schismatica. Ecclesia simpliciter errans est, quæ errores quidem aliquos tuetur ac fouet, sed qui fundamentum fidei, nempe Christum & officium eius, non euertunt, *1. Cor. 3. 11* ita tamen ut parata sit quotidie proficere, & errores, quorum conuicta fuerit, ad Dei præscriptum corriger: quales fuerunt Ecclesia Corinthiaca, Galatica, Colossensis, & similes, in quibus Apostolus graues quidem errores reprehendit, quia tamen vel fundatum non concernebat, vel ipsi in erroribus pertinaces non fuerunt; idcirco licet Apostolus eas grauiter reprehendat, non tamen ab eam communione aut ea ut fideles separat. Ecclesia heretica est, quæ in articulis grauis momenti & fundamentalibus ita errat, ut omitem correctionem resipiat, & in errore pertinaciter perseveret. Pertinacia enim est de formalibus hereticos, *Matth. 18. 17. Gal. 5. 12.* Est autem heres duorum generum. Nam alia directe, alia indirecte & per consequentiam euertit fundamentum, hoc est, Christum & eius officium. Ibi sunt Antichristi & apostatae, hic pseudo-prophetæ & falsi doctores, ut Scriptura appellat. Ecclesia schismatica est, quæ in fundamenis fidei cum orthodoxa Ecclesia consentiens, tamen vel propter exteriores aliquos ritus adiaphoros, vel propter lapsus aliquos particulares in moribus, communionem Christianam abrumpt & separatos cœctus erigit. Qua de re *Augustinus de fide & symbolo* eleganter ita ait: Quemadmodum haretici de Deo falsa sentiendo, fidem ipsam violent, ita schismatiæ discussionibus iniquis à fraterna charitate disiliunt, quamvis ea credunt quæ credimus. Et *Thomas 2. parte secund.* dicit, schismaticos proprie dici, qui ex intentione, sine idonea causa, ab Ecclesiæ unitate se diuidunt. Ceterum etsi nulla in terra Ecclesia sit ita pura & integra, ut nihil in ea vel in fide vel in moribus possit requiri; tamen à prædominante doctrinæ parte recte hic fit denominatio, ut patet ex *Phil. 3. 15.*

**XI.** Superfunt distinctiones Ecclesia ex circumstantiis: quarum alia includent considerationem totius & patrum, alia per se spectantur. *Prioris generis circumstantiæ* sunt, quod Ecclesia ratione loci est alia in cœlo, alia in terra: illa in patria, hæc in via; illa triumphans, hæc militans; *ratione loci & temporis* consistunt in alia vñiversalis, alia particularis: illa in toto terrarum orbe, à primo eius conditu vñque ad consummationem seculi colligitur; hæc certè aliquo in loco, ut in Germania, Gallia, Romæ, Hierosolymis &c. *Posterioris generis circumstantiæ* sunt quod Ecclesia ratione loci, alia est vetus, seu veteris testamenti, ante Christi aduentum; alia noua, seu novi testamenti, post Christum iam exhibitum, quæ in hymno Mariae peccatricis appellatur *Ecclesia proselyta: ratione auditorum* alia est Catechumenorum seu initiatorum, alia perfectorum, *Matth. 5. 48. Coloss. 1. 28. c. 4. 1.* *ratione amplitudinis extera & dignitatis* seu *ēccl. p. 10.* est ecumenica, nationalis, provincialis, metropolitana, diocesana, domestica; itemque metropolitana, vel metropolitana immatriculata &c. *ratione temporis* in N T. Ecclesia est primitiva, vel recentior: *ratione primatus* est Æthiopica, Græca, vel Romana, in quot partes olim diuisa fuit Ecclesia Catholica N. T. denique *ratione etatis* est in infantia, virili robo, vel senecta constituta, seu habet *āng. 7. 29.*

**XII.** Hucusque est theoria distinctionum Ecclesia: quarum praxis comprehenditur his regulis. I. *Etsi una est tantum Ecclesia secundum formam ipsius essentialiem: tamen recte ex partibus suis integralibus, formaque accidentali distinguuntur.* Ecclesia enim est vnum duntaxat corpus mysticum, non plura corpora specie distincta. Itaque non sunt plures species Ecclesiæ. Interim partes eius ex diuersis rationibus & modis, quibus accipiuntur, accidentaliter, non vero essentialiter distinguuntur. II. *Ecclesia Catholica non est toto vñiversale, id est, genus vel species; sed toto vñiversalis & integræ, & id quidem collectuum.* Non est toto vñiversalis: quia Ecclesia est numero vna, seu est individuum, adeoque res singularis. Est toto esse essentialis; quia habet materiam & formam. Est toto integræ; quia materia Ecclesiæ integratur ex multis partibus. Est toto collectuum; quia ita se habet ut mundus, ut regnum, ut provincia. Quare quando Ecclesia dicitur numero vna, oportet animo concipere indiuiaum collectuum, & quidem non fortuitum, ut est aceruus lapidum; sed ordinatum, ut est res publica. III. *Qæde Ecclesia Catholica abolute dicta, aut etiam communiter, tanquam de toto communi atque individualiter predicanter, ea falso accommodantur ad unam aliquam illius partem.* Sic etiæ Ecclesiæ in his terris militantiæ partes essentialies competunt, ut pote in tota vñiversalitate eius singulisque partibus existentes: tamen totius conditiones omnes huic parti competere non possunt. Et rursus licet omnes par-

## LIBER PRIMVS CAP. II.

Ecclesiae sunt vnum ratione essentia & formae sua, atque ad vnum ordinatae: tamen quia de ratione partium integralium est, ut totum non adhuc partibus singulis, nec secundum totam virtutem, nec secundum essentiam suam, sed omnibus simul, eo fit, ut nec totum recte de una praedicetur parte, nec vna totum sibi vendicare possit. Frustra itaque sunt Papistae, quando ex Ecclesia Romana faciunt Catholica, & ex Catholica Romanam. IV. Quia de una parte Ecclesia recte prædicantur, ea non recte ad alteram eius partem accommodantur. Ita conditores Ecclesiae triumphantis non pertinent ad Ecclesiam militantem. Vbi iterum errant Papistae, quando Ecclesiam in his terris peregrinantem non solum conditionibus totius, sed etiam Partis illius cœlestis ornat. V. *Forma essentialis accurate discernenda est à forma accidentali Ecclesie.* Nam forma essentialis est interna, & est in toto corpore Ecclesiae, & in qualibet illius parte, estque totius corporis & cuiusque partis perfectio, quæ singulis partibus & toti dat esse. Id enim proprium est forma essentialis, quod tota induisa adest cuilibet parti materia sua, camque informat, & perficit non modo totam, sed & partes singulas. At forma accidentalis nec est totius partium eius perfectio, nec eis esse dat, sed tantum ad compositionem iustum, & partium inter se ordinem respicit. Illam non percipiunt, hanc percipiunt sensus. Secundum hanc rationem formæ sunt innumeræ, quæ de particularibus Ecclesiis varie prædicantur, prout multiplicia sunt earum accidentia in se, & inter se comparate. Nam etiam Ecclesia in se frequentior est aut infrequentior, & Ecclesia inter se item, alia plus durant aliis, vel minus: tum dissimiles qualitates ipsarum, dispositione, habitu, potentia, ordine &c. præterea diuerse relationes recipientes contraria vel magis vel minus: deinde innumerabilibus modis & gradibus actionum passionumque inter se differunt, quamvis integra manente Ecclesia essentialia: sic etiam ordinatae magis aut minus, & melius aut peius: postremo eternæ instructæ sunt aut nudæ, melius habitæ aut minus bene. In primis vero duobus modis distinctæ sunt, rū wō & rū wā, ut Romana, Corinthia, Ephesia &c. tempore Adami, Abrahami, Mosis, Davidis, Christi, Constantini Magni &c. Sed hi duo modi, ut in corporibus, sic etiam in Ecclesiis definiti nihil ad essentialiam, rationemque earum pertinet: tantum circumseribunt communia accidentia. VI. Quando Ecclesia distinguatur in internam & externam, seu inuisibilem & visibilem, ista distinctione sumunt vel opposite, vel composite. Ibi per visibilem intelligitur ea, quæ est hypocrita, & est tantum visibilis, id est, habet solum formam externam: hic membra distinctionis sunt subordinata, quatenus forma externa Ecclesia coniuncta est cum interna. Prior sensu est distinctio generis aquiuocis: posterior non est divisionis generis in suas species, sed subiecti in suas formas pulcherrime subordinatas. Ita enim certo respectu eadem Ecclesia est visibilis & inuisibilis. Et primo quidem Ecclesia visibilis est vel particularis, vel vniuersalis. Illa est cœtus vnius domus, pagi, virbis, prouinciarum, vel nationis, eorum scilicet, qui inter se non tantum communitate fidei ac sacramentorum, sed etiam regiminiis externi forma, & ritibus Ecclesiasticis colligantur: hec est cœtus oecumenicus, per totum orbem diuersis locis eodem tempore dispersus; quiclibet regiminiis externi forma ac ritibus circumstantibus saepe multum inter se differat, communitate tamen fidei & sacramentorum essentiali conuenit: unde & illud frequens apud Cyprianum, Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum parvenerit. Similiter Ecclesia inuisibilis est multitudo credentium, qui tum in particularibus cœtibus, tum in omnibus totius orbis Ecclesiis, Dei oculis conspicuntur. Quæ ideo inuisibilis dicitur, quia ipsa illius interna & essentialis forma, inde que resultans nota, nempe vera fides & sanctitas, ab hominibus non videtur. Etsi enim non differtemur ipsam fidem & sanctitatem internam per confessionem & bona opera se quoque manifestare: tamen cum hypocrita haec omnia ad tempus imitari possint, ideo ex illis solis infallibile iudicium de aliis non potest constitui. Ex his patet Ecclesia visibilem cum particulari, & inuisibilem cum vniuersali perperam confundi. Accidit enim Ecclesia tum Catholicæ, tum particulari, certo respectu, ut sit visibilis & inuisibilis. Nam Ecclesia Catholicæ futura est visibilis in altero seculo tota, post carnis resurrectionem; & in hac vita est visibilis, quatenus est cœtus uno aliquo tempore dispersus per totum mundum, prædicatione verbi & administratione sacramentorum insignitus. Eadem est inuisibilis, tum quia pars eius triumphat in cœlis, tum quia forma & natura ipsius non incurrit in sensu, tum denique quia id quod est simpliciter & absolute Catholicum in ea, non videtur. Ita enim est cœtus omnium credentium, qui fuerunt, sunt, & erunt. Itaque Ecclesia vniuersalis absolute & simpliciter dicta est inuisibilis in hoc mundo, & demum in fine seculi futura est visibilis. At Ecclesia Catholicæ secundum quid spectata, est visibilis. Ita Ecclesia particularis est inuisibilis ratione formæ internæ, quæ ipsi dat esse: visibilis ratione formæ externæ, quæ probat & declarat esse rei. Hic diligissime illud est aduertendum. Sicut verbum Dei, substantia vnum, distinguatur in externum & internum: sic quoque Ecclesia. VII. Ecclesia inuisibilis in visibili colligitur & formansur: visibilis per inuisibilem perficitur. VIII. Disserimen Ecclesie inuisibilis & visibilis consistit in hisce quatuor. Membra omnia Ecclesie inuisibilis sunt prædicta & insignita vera fide, puritate doctrinæ & virtutis, certitudine electionis & salutis, denique perseverantia finali. At multa membra Ecclesie visibilis vel non credunt vere, vel ad tempus duntaxat credunt: suntque vel falso opus, & tantum pura, vel aperte impura: dubitant de salute: denique deficiunt à fide. Quod adeo verum est, ut visibilis vnaquævis particularis Ecclesia deficere possit à fide, eoq; non amplius durare. Sed hic discrimen respectus non impedit, quo minus bene conueniat Ecclesia visibili cū inuisibili. Nec n. opponuntur haec ut duo cœtraria, quæ simul esse non possunt; sed ut diuersa adiuncta vnu vestientia subiectū considerantur, ut patet sequenti regula. IX. Convenientia Ecclesia visibilis & inuisibilis posita est in hisce quatuor. Principio. Ecclesia inuisibilis militans per visibiles inter se distinctas, sed fide vñitas, imo vnas, est dispersa, ita ut in Ecclesia visibili contenda nobis proponatur inuisibilis credenda, non autem ut idea quadam Platonica haec inuisibilis à quoquam singatur. Deinde Ecclesia Catholicæ constituitur ex particularib. Ecclesiis, quatenus illæ sunt vel inuisibilis tatu, vel visibiles & inuisibilis simul, hoc est, quatenus in illis sunt electi. Ita enim Ecclesia Catholicæ est totū homogenea, & Ecclesia particularis sunt partes homogeneæ sive similares. Alias quatenus Ecclesia visibilis tum particuliæ tum vniuersalis habet immixtos hypocritas, utraq; est heterogeneity & dissimilitas. Tertio vñique, tum visibili tum inuisibili, competit nomen Ecclesia: & quidem Ecclesia visibili propter inuisibilem. Nam propter cre-

57

dentes cœtus aliquis vere vocatur Ecclesia; etiam si illi sunt minima illius pars. A' potior enim, scilicet ab eo quod res est, sit denominatio: ut acerius tritici dicitur tritici, non palearium. Denique vnu sidemque homo potest esse membrum Ecclesia visibilis & inuisibilis. Visibilis, quia fidem profitetur secundum verbum Dei in cœtu aliquo Ecclesiastico. Inuisibilis, quia est eleetus & vera fide præditus. Imo quicunque se membrum Ecclesia inuisibilis gloriatur, visibili etiam ut membrum se debet adiungere: quia Christus est utriusque caput. X. Ecclesia Catholicæ absolute & essentialiter considerata, est vna, sancta, inuisibilia, pura, & denique immunis ab errore & interitu. Est enim cœtus omnium electorum vocatorum, siue iam in cœlis regnent, siue in terris vbius locorum militent, & militari sint ad finem usque seculi. Arque haec est Ecclesia Catholicæ, quam in symbolo & esse, & credere nos profitemur. Hæc itaque Ecclesia est vna: quia, ut docet Apostolus Eph. 4. v. 3. & seqq. habet vnum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: vnum fundatum & caput, quod est Christus: vnum Euangeliū, seu doctrinam fidei: vna & eadem sacramenta, quantum ad nucleus & substantiam: vnam spem vitæ æternæ: & denique est vnum corpus mysticum, in quo summa est membrorum coniunctio. Eadem est sancta; quia Ecclesia in terris sancta est affectu & studio, in cœlis sanctior est effectu; vtraque in Christo est sanctissima. Est inuisibilis; quia in hac vita non potest cerni vniuersitas omnium credentium. At in fine seculi erit nobis visibilis. Est pura: quia est cœtus electorum & credentium, quibus neque flagitosi, neque hypocrita, neque schismatici sunt mixti. Neque enim illi possunt constituere corpus Christi mysticum. Est immunis ab errore & interitu: quia nunquam deseritur a Spiritu sancto, & impossibile est, quies Christi ē manibus eius eripi, aut seduci electos ut perirent. Atque haec sunt propriæ seu materialia, essentialia, Ecclesia Catholicæ simpliciter ita dictæ: quæ probe discernenda sunt ab accidentibus; itemque a propriis seu essentialibus Ecclesia Catholicæ secundum quid dictæ. XI. Ecclesia Catholicæ secundum quid, est pars Ecclesia Catholicæ absolute. Nam Ecclesia Catholicæ secundum quid, aut est multitudo credentium, quæ in toto terrarum orbe inde ab initio mundi ad consummationem usque seculi colligitur: aut est multitudo credentium, quæ in N. T. in toto terrarum orbe usque ad finem seculi colligitur. Vtraque est pars Ecclesia Catholicæ essentialiter & absolute considerata: quippe quæ est multitudo eorum omnium, qui à Deo gratio se ad vitam æternam sunt predestinati, siue in cœlis iam triumphant, siue in terra militent, & militari sint usque ad finem seculi. XII. Quoniam de Ecclesia Catholicæ non testamenti proprium internis & apóstolas contendit, ipsius natura in prima est considerandi. Natura autem eius partim ex definitione, partim ex attributis eius discitur. Definitio distincte proposta, pro distincto ipsius modo, est eiusmodi: Ecclesia Catholicæ non ut testamenti, visibilis, est cœtus quorumvis hominum, id est, Iudæorum & Gentium, per prædicationem Euangeliū, & administrationem baptismi & sacrae cœnæ, ex vniuerso mundo vocatorum ad regnum Dei, eandem doctrinam profitentium. Rursus: Ecclesia Catholicæ non testamenti, inuisibilis, est cœtus quorumvis hominum, id est, Iudæorum & Gentium, per fidem Christi in seculorum, ut in æternum glorificantur. Prior definitio est euolutio definiti catastrophice summi: posterior explicat definitum stricte & accurate acceptum. Attributa Ecclesia Catholicæ N. T. ut est inuisibilis, in symbolo Nicæno proponuntur quatuor. Est enim vna: quia est vnum corpus, sub uno capite, ab uno Spiritu, per vnam fidem, ex uno euangeliū, ad vnam vitam æternam coagmentatum, Eph. 4. v. 4. 5. 6. Deinde est sancta; tum quia sanguine Christi ab omnibus maculis est abluta, Eph. 5. v. 2. 6. 7. tum quia illius Spiritu, peccato mortificata, iustitia vero addicta, diuinis vbiis est consecrata, 1. Cor. 1. 2. Tit. 2. 14. Est Catholicæ; quia non solum Catholicam omnium credentium Catholicico consensu fideque doctrinam receptam amplectitur, sed etiam in vniuerso orbe colligitur, Matth. 26. 13. Marc. 14. 9. Coloss. 1. 6. Denique est Apóstolica; quia extructa est super fundamentum prophetatum & Apostolorum, hoc est, super Christum, fundamentum vnicum ab Apostolis positum, adeoque super doctrinam ab Apostolis traditam, Eph. 2. 20. Propagatur enim & conseruat per doctrinam Apostolicam, quæ complementum prophetæ veteris declarat. XIII. Iniquum est habere in sola forma Ecclesia externa. Nam illius Ecclesia membra nullis virtutibus internis sunt praedita. Quare cum Bellarminus ita Ecclesiam suam definiat lib. 3. c. 2 grauissime hallucinari existimandus est. XIV. Ecclesia vera & proprie dicta membra sunt omnes & soli, qui non solum secundum materiam & formam externam in Ecclesia societate sunt, sed etiam secundum formam internam: hoc est, qui efficiuntur voti, & per Spiritum sanctum Christo vniiti sunt. Reliqui autem, qui secundum materiam tantum & externam formam, in Ecclesia sunt, ut hypocrita, vel occulti infideles, vel manifeste impii, & equioccidentum & impropre vero Ecclesia membra esse dicuntur. XV. Ecclesia particularis potest dici Catholicæ ratione doctrina, sed non ratione forma & materia. Hinc Cyrillus Hierosolymitanus cap. 18. catechesos ait: εὐλογία λεγεται ἀριστον, οὐ τοι διδούσιν καθολικόν: οὐ αἰσθάνεται εἰς γνῶσην αἰσθάνεται διδούσιν δογματα. Hic Ecclesia dicitur Catholicæ, quia docet Catholicæ & citra defectum omnia, quæcumque in cognitionem hominum venire debent dogmata. Sic Lactanius lib. 4. diuinarum Insit. c. 20. Sola igitur Ecclesia Catholicæ est, quæ verum cultum retinet. Ita Vincentius contra heres c. 3. ait: In ipsa Catholicæ Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ybique, quod temper, quod ab omnibus creditum. Hoc est enim vere proprie Catholicum: quod ipsa vis nominis ratio que declarat, quæ omnia vere vniuersaliter comprehendit. Quo pertinet illud Sozomeni. 7. c. 4. de Théodosio Imperatore, ipsum tulisse legem, ut illorum duntaxat Ecclesia diceretur Catholicæ, qui Trinitatem diuinam aequali honore colerent. Itaque hoc sensu verus Ecclesia Romana fuit Catholicæ. Alias in multum inter se Ecclesiam Catholicam & Romanam, præstiterit ut est hodie. Totum enim non de vna aliqua parte integrali, sed de omnibus simul prædicatur, nec vna aliqua pars totum sibi vendicare potest, multo minus pars omnium vitiostissima & corruptissima, qualis hodierna est Romana. XVI. Pura Ecclesia aliquando etiam vera dicitur. Nam omnis pura Ecclesia est etiam vera Ecclesia. Sed non vice versa, omnis vera Ecclesia continua etiam pura Ecclesia est. Leprosus est quidem verus homo, sed non purus homo. Ita Ecclesia Iudaica tempore Christi vera quidem Ecclesia fuit, ast impura. Sic Ecclesia Romana hodie est quidem vera Ecclesia, sed admodum impura, & velut leprosa. XVII. Pastores & oues sunt ordinariae partes Ecclesia particularis & affectabilis: ex quo nempe Ecclesia est constituta.

Sed

Sed accident per se tempora, quibus aut noua Ecclesia generatur, aut altera pars interrupitur, & tamen Ecclesia esse non definit, forma nimur essentiali adhuc permanente. Sic pastores Ecclesiam colligunt ubi ante non fuit; quod omnium maxime & excellentissime fecerunt Apostoli. Sic Ecclesia pastorebus suis destituta, pastores illos suos desiderant, eosque animo & potentia retinunt, quibus sunt orbati actu, per voluntatem Dei & hominum iniuriam. XVIII. *Diversas Ecclesias etatus oportet accurate distinguere:* Id enim nisi obseruetur, committitur elenchus a tempore ad tempus. Ita nullum est argumentum ab encomio Ecclesie Romanæ, quod est Rom. 1. ad encomium Ecclesie Romanæ post annum Christi 600. XIX. *Cum Ecclesia errante oportet communionem cogere: cum heretica & schismatica non item.* Ratio prioris est; quia nostrum est dare operam, ut Ecclesia errans ab errore reuocetur. Ratio posterioris est in praescripto Christi Matth. 7. 15. atque Apostoli Rom 16. 17. Tr. 3. 10. 1. Iohann. v. 9.

XIII. Atque haec sunt fere omnes distinctiones Ecclesie: quarum diligens obseruatio deinceps manifeste indicabit, Papistas in hac causa perpetuo confundere accidentia cum rei essentia, merisque paralogismis accidentis & secundum quid ludere. Nunc a præcognitis siue præludiis huius disputationis de Ecclesia, veniamus ad arcem causarum, & primo dispiaciamus, An Ecclesia Catholica sit visibilis?

### C A P. III.

#### *Ecclesia inuisibilis afferit ex mente Catholicorum.*

I. In prima acie collocamus hanc questionem, quæ alias secundo loco proponi solet. Tametsi enim materia naturæ ordine prior est quam forma, & ita prius disceptandum videtur, Quinam pertineant ad Ecclesiam, quam, An Ecclesia sit visibilis vel inuisibilis: tamen quia ex omnibus distinctionibus capite superiori propositis haec vna in disputationem adducitur, & vero disputatione de membris Ecclesie magnam ex huius questionis elucidatione lucem accipit, visum fuit faciendum, ut illi primum locum assignaremus.

II. Etsi autem plures inuisibilitatis Ecclesie Catholicæ rationes, siue causæ efficientes, assignari solent a nostris; puta, quod Ecclesia Catholicæ non cadat sub aspectum tota & vniuersa, quatenus omnes particulares omnium locorum & temporum Ecclesiæ complectitur, tum quia bona eius pars in celo triumphat, tum quia ne tota quidem Ecclesia militans sub aspectum nostrum semel & simul cadere potest: item, quia forma ipsius interna & nota videri non possunt, videlicet vocatio interna, fides, sanctitas: denique, quia Ecclesia Catholicæ, vt est cœtus fidelium eodem tempore viuentium, aliquando instar lunæ ita obscuratur, vt vix illa eius facies, seu splendor externus, vspicatur: etsi, inquam, Ecclesia Catholicæ tota modis dici potest inuisibilis, tamen solus secundus ille est huius loci. Nam primum concedunt Papistæ, & tertius pertinet ad defectionem Ecclesie, infra cap. 16. At hoc loco in eo vertitur omnis questione inter nos & Papistas. Sitne Ecclesia Christi missans, quatenus vere & formaliter mysticum Christi corpus est, cuius membra sunt homines electi vera fide prediti, an, inquam, sit per se & sua natura, siue per essentiam suam, nobis hominibus appetibilis, ita ut dico quasi monstrari, aut sensibus externis vere apprehendit, ac diuidatur posse? Cuius questionis negatiuam thesionem defendimus, Pontifici vero affirmatiuam. Semper autem memineris. Ecclesia Catholicæ, & particularis, quatenus in hac sunt credentes, eandem hoc loco esse rationem, seu, utramque esse inuisibilem.

III. Argumenta nostra ad quatuor classes reuocantur: ita ut in prima sint dicta Scriptura; in secunda rationes directe concludentes; in tertia rationes indirecte concludentes, ex mente scilicet aduersariorum; in quarta testimonia venerandaæ antiquitatis. Hæc argumenta primo indicabimus seu recitabimus, deinde vindicabimus.

IV. Primum ex Scriptura argumentum complectitur ea loca, quæ naturam Ecclesie Catholicæ describunt partim à definitione, partim à proprietatibus ipsius. *Definitio Ecclesia Catholicæ est, quod sit multitudo credentium, Spiritu Christi præditorum; seu cœtus electorum, iustificatorum, & glorificandorum; seu breuissime, cœtus prædestinatorum, iuxta illud Apostoli Rom. 8. Quos vocavit, hos iustificauit: quos iustificauit, hos glorificauit.* Quem locum *Bellarmino* ipse lib. 3 de Ecclesia militante cap. 1. de Ecclesia explicat. Eodem capite ad Romanos dicit Apostolus: Qui non habet Spiritum Christi, non est eius. Item 2. Cor. 5. Si quis est in Christo, noua creatura est. Vnde efficitur, Ecclesiam Christi, quæ fidelium & piorum societas est, non magis appetibilem nobis esse, quam sit ipsa vera fides, aut Spiritus Iesu Christi, in ipso corde, videlicet, latens: prout Rom. 10. & Gal. 4. dicitur. At corda hominum solus Deus intueri potest. Ergo Proprietates Ecclesie Catholicæ in Scriptura sunt, non venire cum obseruatione, seu pompa externa; esse domum Dei spirituale, cuius viu lapides sunt Christiani; esse corpus mysticum; esse domum immobilem; esse puram & ornatam intrinsecum; non esse montem tractabilem &c. Prima proprietas est Luc. 17. 10. *Regnum Dei non venit per vocem, sed obseruationem, cum obseruatione, seu specie & pompa externa: neque dicunt, ecce hic aut illud: quia ecce regnum Dei intra vos est.* Ex quibus verbis apparet, Ecclesiam esse regnum Dei occultum & spirituale; non autem externum & mundanum; eoque clam & occulite semper propagari, ac veluti serpere; quatenus in vera fide & pietate totum consistit, quæ intus in animis hominum sita est, & proinde neque sub aspectum aliorum cadere, neque externam villam pompam, seu splendorem huius seculi, quidquam morari solet. Ergo vera Christi Ecclesia per se nobis inconspicua est. Secunda proprietas est 1. Petr. 2. 5. Et ipsi tanquam lapides vivi super aedicamini, domus spirituialis, sacerdotium sanctum, offerentes hostias spirituales. At domus spiritualis in externos sensus incurrire non potest, perinde ut domus aliqua materialis. Neque constare nobis potest infallibiliter, quinam reuera huius domus seu ædificii viu lapides sint, & sacerdotium sanctum. Quæ autem ratio est omnium & singulorum lapidum, eadem quoque est totius ædificii: ita ut si illi inuisibiles sint, etiam hoc tale sit. Tertia proprietas est 1. Cor 12. Eph. 1. & 4. & 5. vbi Ecclesia dicitur esse corpus Christi mysticum; cuius caput sit ipse Christus, reliqua autem membra sint omnes, & soli Christiani; & adeo qui-

dem arête Christo coniuncti, ut sint caro de carne eius, & ossa de ossibus eius. Vnde multiplex argumentatio pro nostra sententia potest deduci. Nam neque mysticum siue spirituale corpus, perinde ut physicum aliquod, vel artificiosum, videri potest: nec ratio villa dari potest, cur totum illud corpus visibile dicatur, cuius neque caput actu iam videretur, neque vera & formalis ipsorum membrorum cum suo capite vno, seu spiritualis & arcana coniunctio, videri potest: Denique fieri non potest, ut homines impii cum natu Christi membris, siue carne & ossibus, copulentur; quia hoc perinde foret, tanquam si cum homine belluam copulemus. *Quarta proprietas est Luc. 6. 46. Qui audist & facit similius est homini, qui adificat domum suam super petram, qua inauditione facta non potest moueri, quia fundata est super petram.* Quem locum *Stella* in *Lucam*, scriptor Pontificius, eleganter sic explicat: Super petram ædificat, qui adificat super Christum. Nulla tentatione superatur, ut B. Paulus triumphans, Quis, inquit, separabit me a charitate Christiana tribulatio. Similis locus est Matth. 16. 18. *Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam: & porta inferorum non prævalebit aduersus eam.* Super quem locum ita commentatur *Cæsarius Cardinalis*: Aduersus Ecclesiam, quæ constat ex congregatione fidelium, vna fide, spe, & charitate. Et *Ferus* super eundem locum: Non loquitur de Ecclesia sicut communiter sumitur pro his, qui Christiani dicuntur, siue boni sint, siue mali, sed de Ecclesia secundum Spiritum, quæ solos electos complectitur. Sic illi. Hinc ita disputationem. Ecclesia, quæ non potest separari blanditias, persecutionibus, falsis dogmatibus, vitiis carnis &c. est electorum taurum, non vero etiam impiorum, quippe qui in Ecclesia visibili cedunt & succumbunt istis omnibus, quæ diximus. Itaque illa Ecclesia est inuisibilis. *Quinta proprietas est Psal. 45. 14. Omnis gloria filia reges ab intus.* Eph. 5. v. 25. 26. 27. *Viridilitate uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum pro ea tradidit, ut eam sanctificaret, posse quam purgasset lauacio aquæ per verbum, ut sisiteret eam sibi glorijsam, id est, Ecclesia non habentem maculam, aut rugam, aut quidquam eiusmodi, sed ut esset sancta & inculpata.* Apoc. 21. 10. *Et sustulit me per Spiritum in montem magnum & sublimem, & ostendit mihi ciuitatem illam magnam, sanctam, in quam, illam Hierusalem, & celo descendenter à Deo.* Apoc. 12. 1. *Vidi mulierem amictam sole.* Quibus verbis describitur interna gloria Ecclesie Catholicæ, cōsistens in iustitia imputata & inchoata. Hinc aquinas super locum citatum ex Eph. 5 eleganter ait: Id est, ut exhiberet sponsam suam Ecclesiam immaculatam, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Et *Augustinus* lib. 5 contra *Donatistas* cap. 27. ita scribit: Omnis pulchritudo filiarum regis intrinsecus, in quibus est numerus certus sanctorum, prædestinatus ante mundi constitutionem. *Idem in expositione Apocalypsis super cap. 21. ait:* Ciuitas ista, quæ describitur, Ecclesia est, quæ toto terrarum orbe diffusa est. Et *Thomas* super Apoc. 12. solem interpretatur Christum, quia Ecclesia Christum induit, & Christo ornatur illuminante & decorante. Lunam vero sub pedibus calcare dicitur, quia terrena omnia despicit. Christus est sol propter claritatem, quam efficit in Ecclesia, siue iustus. Ita Thomas. Ex his ita argumentamur. Omnis Ecclesiæ splendor, omnisque gloria & maiestas ipsius est inuisibilis: & est tota immaculata: est sancta: est amicta sole iustitiae. Ergo est inuisibilis. Speciatim ex Apoc. 21. 10. tale dicitur argumentum: Iohannes spiritu raptus est extra se, & extra corpus, & extra omnem sensum corporis, ut Ecclesiam Catholicam videat. Ergo illa non nisi spiritu cernitur. *Sexta & ultima proprietas est Hebr. 12. 18. Non enim accessus ad montem tractabilem, & incensum ignem, sed ad montem Sion, & ciuitatem Dei viventis.* Atqui mons iste Sion, seu ciuitas illa coelestis, Ecclesiam Catholicam significat, quæ propterea conrectabilis, seu palpabilis monte opponitur, ut eius inuisibilitas, respectu nostri, significetur. Quare etiam coelestis Hierusalem ibidem appellatur: ut non modo origine diuinam, sed & sua natura spiritualem, ac proinde inuisibilem, esse intelligamus. Vide etiam Gal. 4. sub finem, de coelesti Hierusalem.

V. Secundum ex Scripturis argumentum sumitur ex iis locis, quæ naturam & conditionem filiorum Dei, hoc est, credentium, qui soli constituant Ecclesiam Catholicam propriam dictam, describunt. Et prius quidem Deus ait Ierem. 31. 33. *Dabo legem meam in cordibus ipsorum: & ero eu in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.* Hinc ita disputamus: Oculinon vident, neque sensus externi diuidant, quibus Deus inscribat legem, in cordibus ipsorum, & cum quibus pangat hoc fœdus suum, quod propheta illis verbis commemorat. At illi sunt membra Ecclesie Catholicæ. Quare, cum eadem sit ratio totius & membrorum, Ecclesia Catholicæ est inuisibilis. Deinde Christus Iohann. 4. 23. ait, veros adoratores, seu cultores Dei, Patrem in spiritu & veritate adorare. Vnde consequitur, cum Ecclesia Christi vera nihil aliud sit, quam talium Dei cultorum congregatio, eam nobis hic inuisibilem esse: siquidem sensus externus diuidicare non potest, quinam Deum in spiritu & veritate colant. Nihil sane illorum, quæ sensibus externis apprehendi queunt, verum Dei cultorem constituit. Ergo Ecclesia vere piorum nobis inaccessibilis est. Tertio Scriptura docet, solum Deum, siue Christum, filios ac seruos suos habere cognitos: imo etiam à nobis hominibus istos videri non posse. Sic enim Christus Iohann. 10. v. 1. 14. ait: *Oves mee vocem meam audient, cognoscet eu, & cognoscet ab iis.* Quem locum *Tollius Iesuista* commentario in eundem sic explicat: Est enim animaduertendum, quamvis generaliter sint oves Christi, qui in Christum credunt, tamen particulariter hic Christus loquitur de prædestinatis atque electis, qui oves in æternum futurae sunt. Similiter *Bellarmino* l. 4. de Ecc. milit. c. 2. Loquitur Christus tantum de electis, qui perseveranter audiunt. *Luc. 11. 28. ait Seruator: Beati, qui audierunt verbum Dei; & custodiunt illud.* At hi sunt soli electi, qui constituunt Ecclesiam Catholicam. 2. Tim. 1. 19. ait Apostolus: *Nousit Dominus eos, qui sunt suos.* Quem locum *Augustinus* lib. 18. decuit. *Dei cap. 51. & l. 10. cap. 18.* sic explicat: Diabolus ligatus est, ut seducere Ecclesiam non possit. An solitus possit: Absit. Nunquam enim seducetur ab illo Ecclesia prædestinata, de qua Paulus: Firmum stat fundamentum Dei, habens hoc signaculum, Deus nouit qui sunt eius. Idem Apostolus Rom. 2. sub finem distinguit Iudæum & circumlocutionem ita, ut sint vel *civili* *foxi* *sqq.* vel *civili* *negotiis* *sqq.* quasi dicat, vel *ezw*, vel *tow*. Denique Apoc. 14. 1. dicitur, centum quadraginta millia hominum habete nomen Dei scriptum in frontibus, h.e. notam Ioli Deo cognitam. Confer *Ezech. 9. 4.* Ex his omnibus efficitur, cum omnia & singula veræ Ecclesie membra soli Deo nota, seu visibilia sint; ipsam quoque totam soli Deo conspicuam, ac proinde nobis hic in conspicuam esse. Nam Ecclesia Catholicæ est totum integrale, quod habet

## LIBER PRIMVS CAP. II.

59

rationem effecti: & credentes sunt ipsius partes, quæ habent rationem causæ. Iam vero qualis causa, tale effectum. Huc itaque pertinent omnia Scripturæ loca, quæ Ecclesiam Christi ex solis creditibus constare demonstrantur infra cap. 5.

VI. Tertium ex Scripturis argumentum sumitur à natura fidei, ex Heb. 11. vbi fides dicitur hypothesis esse eorum rerum, quæ sperantur, & elenchus eorum, quæ non videntur. Atqui in symbolo profitemur nos Ecclesiam Catholicam credere. Non igitur oculis eam videmus. Etenim obiecta fidei, & sensuum toto genere differunt: quia obiecta fidei per solam revelationem diuinam comprehendimus. Hinc fides & aspectus hoc sensu in Scripturis semper opponuntur. Vide r. Cor. 13. & 2. Cor. 5.

VII. Quartum argumentum ex Scriptura est eiusmodi. Cum Ecclesia sit euocatorum societas, pro vocationis varietate Ecclesia recte diuiditur in externam & internam. Recte enim Glossa ordinaria ad Rom. 8. ait: Vocation exterior fit per prædicatores, & est communis bonorum & malorum: interior vero tantem est electorum.

VIII. Quintum ex Scripturis argumentum sumitur ex conditione Ecclesiæ tempore immanis persecutionis. Inde enim & probatur, Ecclesiam Catholicam non semper esse visibilem id quod contendunt aduersarii: & insuper huiusmodi argumentum formatur. Eadem est essentia Ecclesiæ Catholicæ tempore persecutionis & felicitatis temporalis. Etenim hæc duo non faciunt ad ipsius essentiam, sed tantum spectant ad existentiam. Iam vero Ecclesia Catholicæ tempore persecutionis est inuisibilis, & quidem, non tantum ratione externæ, sed etiam internæ formæ. Ergo etiam ratione formæ internæ, id est, essentia sua, est inuisibilis tempore felicitatis temporalis. Minor patet ex 1. Reg. 19. v. 10. 18. & Rom. 11. v. 2. 3. 4. An nesciis de Elia quid dicat Scriptura? quomodo colloquatur cum Deo, dicens aduersarius Israelem: Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua, secesserunt: & ego reliquis sum solus, & petunt animam meam. Sed quid dicit ei diuinum responsum? Feci ut mibi remanerent septem millia virorum, qui non flexerunt genua imaginis Baalis. Sic Apoc. 12. 13. Mulier fugiet in desertum: Et cap. 13. Adorabunt bestiam omnes, quorum nomina non sunt scripta in libro vite. Vbi Ribera Jesuita sic adnotat: Quibus verbis ostenditur, Ecclesia tempore Antichristi constare tantum ex prædestinatis. Et Papista Rhemensis fatentur, tempore Antichristi corde tantum communionem futuram inter fideles, & externum Ecclesiæ Romanæ statum cœstaturum. Vbi ergo tum erit ipsorum tabernaculum in sole, ciuitas in monte, candela in domo?

IX. Eat nunc Bellarminus, & dicat: Non unum locum Caluinus proferre potuit, vbi nomen Ecclesiæ tribueretur congregationi inuisibili electorum, lib. 3. de Eccles. milit. c. 12. Eat & Cosserius, dicatque Apolog. part. 3. c. 11. Nullo loco Scripturæ in hac significatione usurpatum. Sed Scripturæ testimonis addamus rationes nostras. 1. Quesuas solus pastor nouit. Ergo Christus solus nouit electos, qui soli constituant Ecclesiam Catholicam. 2. Sponsa Christi non potest nisi a solo Christo cognosci. At Ecclesia Catholicæ est sponsa Christi. Ergo, 3. Corpus Christi mysticum est inuisibile. Ecclesia Catholicæ est corpus Christi mysticum. E. 4. Ecclesia triumphans & militans est inuisibile. Ergo tota Ecclesia Catholicæ est inuisibile. De triumphante concedunt aduersarii. De militante sic probatur. Ecclesia dicitur militans propter militiam, quam exercet. Sed hæc militia est inuisibile, quippe spiritualis quia, vt patet ex Eph. 6. 12. hostes sunt inuisibiles, arma inuisibilia, agnotha inuisibilia, modus configendi inuisibilis. 5. Credere Ecclesiam Catholicæ est articulus fidei. Ergo illa est inuisibilis. 6. Ecclesia Catholicæ caput non videtur. Ergo nec ipsa. 7. Illud corpus, cuius omnia membra sunt inuisibilia, est inuisibile. At Ecclesia Catholicæ est huiusmodi corpus: ut pote vniuersitas omnium sanctorum inde ab origine mundi usque ad finem ipsius. Deinde non solum ista vniuersitas videri nequit, sed etiam singula membra, id est, electi, non cadunt sub nostrum aspectum. 8. Ordo virtutis non potest videri: vt in republica qualibet. Ergo nec in Ecclesia Catholicæ. 9. Quemadmodum Eva ex eadem substantia fuit, ex qua Adam: sic Ecclesia ex eadem substantia est, ex qua Christus, Eph. 5. 30. Eo igitur modo, quo Christus cognitus fuit, cum in his terris esset, eodem etiam Ecclesia cognoscitur. At Christus cognitus fuit non ex villa externa propria huius mundi, sed ex consideratione ipsius secundum verbum Dei. Sic igitur & Ecclesia illius. 10. Ecclesia Catholicæ confitat ex particularibus Ecclesiæ hinc inde sparsis. At illæ, licet singula videri possint, non tamen vniuersæ possunt: quomodo decem greges ouium, aut totidem acuti tritici, pertinentes ad unum patrem familiæ, separati videntur, at non videntur unus gressus, aut acerius, qui mente concipitur ex illis separatis compositus. Pugnat ergo cum ratione, ut & particulares Ecclesiæ, & Catholicam simul videamus. 11. Ecclesia saepe in una domo, immo in uno homine aliquando absconditata latet. Ergo non semper est visibilis. Antecedens est Augustini in Psal. 128. Aliquando in sola domo Noah erat Ecclesia: in solo Abraham Ecclesia erat: in solo Loth & domo eius Ecclesia erat: in solo Enoch Ecclesia erat. 12. Ecclesia est forum, quod habet rationem continuæ & discretæ quantitatis. Continuæ; propter coniunctionem mysticam. Discretæ; propter numerum innumerabilem omnium iustorum ab Abel ad ultimum usque fidem. E. est inuisibilis.

X. Nunc aliter in nostram quinque rationibus Pontificiorum stabilimus. Ratio prima. Ecclesia Catholicæ, quam credimus, ea est, extra quam, sicut extra aream Noe, nulla omnino salus mortalibus competit, ut sunt verba Papistarum in Catechesi Austrica Jesuitarum, de symbolo. At extra Catholicam Ecclesiam inuisibilem Papistarum, quam illi solam esse contendunt, positi Christiani multi salvantur. Ergo alia Catholicæ inuisibilis agnoscenda est. Minorem probo. Catechumeni nondum baptizati sunt extra Ecclesiæ Romanæ; similiter excommunicati, & schismatici, Bellarm. lib. 3. de Eccles. milit. c. 2. & 6. At isti catechumeni salvantur, Bellarm. lib. 3. de Eccles. milit. cap. 3. Toletus lib. 2. infra red. sacerd. c. 2. similiter excommunicati pœnitentes, Bellarm. lib. 3. de Eccles. milit. c. 6. Schismaticos quod attinet, illi ad Ecclesiæ pertinent (& salvantur ex consequenti) si schisma sit simplex, quod sine villa depravata doctrinæ fit, ut docet Glorianus lib. de schismate ex mente Gerfonis. Ratio secunda. Bellarminus diserte fatetur, gentiles fideles, ut Iob, Naam, & alios, fide tantum cum Ecclesia Dei suis coniunctos, atque solos constituisse Ecclesiam, lib. 3. de Eccles. milit. cap. 10. Ergo Ecclesia filii ex communione Ecclesiæ inuisibilis Ecclesiæ non sunt proprie & necessario dijudicandi. Idem d. l. cap. 6. author est, excommunicatos pœnitentes non esse in Ecclesia quantum ad externam communionem, sed esse in Ecclesia

animo & desiderio, quod iis ad salutem ait sufficere. At animum & desiderium solus ~~magis~~ nouit. Sunt igitur membra inuisibilia Ecclesiæ, ad coquæ membra Ecclesiæ inuisibilis. Neque enim actu sunt in Ecclesia inuisibili, & tamen sunt in Ecclesia. Ergo datur aliqua Ecclesia inuisibilis. Ratio tercia. Multi sunt in Ecclesia inuisibili, qui cum Ecclesia Catholicæ cognitionis nihil habent: puta impii, heretici occulti &c. ut concedunt Papistæ. Ergo necesse est, ut sit aliqua inuisibilis, extra quam sunt, seu cum qua nihil cognitionis habent. Probatur antecedens. Impii Christiani non sunt nisi a quoce membra Ecclesiæ: quia pertinent ad Ecclesiæ tanquam vngues, humores, pili, & alia, quæ non sunt membra corporis: ut Turrecremata probat ex Alexandro de Ales, Hugone, Thoma; idemque docent Petrus de Soto, Melchior Canus, & alii, ut fatetur Bellarminus lib. 3. de Eccles. milit. cap. 9. Eandem in sententiam scribit Cosserius Apolog. part. 3. cap. 12. Ut phlegma, putita, sanies, saliuia abundans, viuentis hominis neque membrum sunt, neque partes, & tamen non sunt extra corpus: ita impii ad superfluos humores referuntur, qui suds tempore, vbi martiri fuerint, cum iteroribus egrediuntur. Sic de hereticis scribunt Papista Rhemensis annot. in 1. Tim. 2. Heretici, qui in externa communione sacramentorum & professione persistunt, in conspectu Dei ab Ecclesia separantur, & re ipsa & proprio domus Dei finibus exterminantur. Ex his efficitur, impios & hereticos occultos, non vere sed nominetenuis esse in Ecclesia, & proinde cum Ecclesia Catholicæ nihil habere commune. Daturaque Ecclesia inuisibilis, & inuisibilis. Ratio quarta. Ex similitudine arcæ Noe, membra, sponsæ, gregis, & filii, sic argumentamur. Thomas comment. in 1. Pet. 3. ait: Sic ut arca fuit de lignis levigatis & dolatis: ita Ecclesia constat de sanctis, per angustias & tribulationes afflitis. Et sicut arca ex lignis impetrabilibus, ita Ecclesia constat ex hominibus incorruptis. Cosserius Apol. part. 3. cap. 4. ita scribit: Ex hoc loco (Ephes. 5.) pius doctor Hugo alludens ad corpus humanum, cui est simile corpus Ecclesiæ dicit, Quoniam habet Spiritum Christi, non esse Christi membrum: nihil in hoc corpore mortuum, nihil extra corpus viuum. Verum est: si enim Christiani iusti in membris soli habeantur, non mirum: tum quia in illis soli est Spiritus sanctus, sicut scriptum est, Qui spiritum Christi non habet, is non est eius: tum quia omnia ad illorum commoda referuntur. Bellarminus lib. 3. de Eccles. milit. cap. 14. ait: Ut in Eph. 5. vir est caput uxoris, & Christus Ecclesia, & taluor corporis sui: id est, Ut vir cum uxore, ita tenetur Christus removere omne malum ab Ecclesia. Iansenius Concord. in Luc. 12. ait: Pusillus reuera grex sanctorum Christianorum. Stapletonus super Matth. 2. Rachel plorans filios suos &c. ait: Non sunt filii, qui putantur esse. Itaque Pontificii scriptores sic explicant allatas similitudines, ut referant ad Ecclesiæ Catholicæ, ita vtrilla sit corpus sanctorum & credentium: qui certe videri non possunt. Quinta ratio. Quod proprio credimus, est formale obiectum fidei, adeoque inuisibile. At credimus Ecclesiæ Catholicæ. E. est proprio inuisibilis. Maiorem probo. Pererius comm. in Rom. 8. ait: Recte Caeteranus: Duo sunt in obiecto fidei consideranda: quorum alterum est materiale, res ipsa, quæ speratur, & ita res posit videri: alterum formale, id est consecratio & posse fidei, in quam tendit spes, quæ actu speranti non adest. Sic Ribera comment. in Heb. 11. Mundum videmus, creatum esse credimus. Quo pertinet illud Hugonis de S. Victore: Vides non est fides: & istud Augustini tract. 10. in Ioh. Fides est credere quod non vides. Confer Maldonatum Jesuitam super Iohann. 2. 1. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

XI. Superfunt testimonia Patrum: Ea sunt duum generum. Principio enim omnia testimonia, quæ Ecclesiæ ex electis, prædestinatis, & solis sanctis constare probant, eadem etiam Ecclesiæ inuisibilem esse necessario euincunt. Hæc vide infra cap. 5. Deinde Patres agnoscent præcipuum Dei cultum & Ecclesiæ ornatum esse internum. In Iustinus epist. ad Zenam: Inuisibilis anima in visibili corpore tanquam in praefidio constituta est. Sic & Christiani cognoscuntur, dum in mundo commorantur, sed inuisibilis est eorum cultus diuinus. Origenes homil. 23. in Num. Soli iustitia Christus est. Huic si luna, id est, Ecclesia sua, quæ lumine illius repletur, iuncta fuerit, & penitus ei adhaerent, festinaret, nec menia agit &c. tunc est, quando neque videbitur, heque comprehendi humanis aspectibus potest. Augustinus lib. 5. contra Donatistas cap. 27. Omnis pulchritudo filiarum regis intrinsecus: in quibus est numerus certus sanctorum prædestinatus. Idem in Psalm. 44. Intrus pulchram nouit, quis speciem eius amavit. Quæ sunt interiora pulchritudinis? Conscientia. Ibi videt Christus, ibi amat Christus, ibi alloquitur Christus, ibi punit Christus, ibi coronat Christus. Gregorius lib. 35. moral. in Iob. cap. 9. Christus & Ecclesia, id est, caput & corpus, una persona est. Solent etiam hoc loco accumulare testimonia Patrum, quæ docent Ecclesiæ Catholicæ complecti omnes sanctos, qui ab origine mundi vivent; itemque ista, quæ docent Ecclesiæ triumphantem & militantem esse vnam societatem: vnde necessario efficitur Ecclesiæ Catholicæ esse inuisibilem. Verum Papista hoc sensu concedunt, Ecclesiæ Catholicæ videri non posse. Hæc enim est ipsorum conclusio apud Beccanum in Manuali lib. 1. cap. 3. Ecclesia Christi, quam militarem vocamus, visibilis & conspicua est. Itaque non opus est probare thesin, quam aduersarii non negant. Quare nos pro testimoniis illis Patrum adseremus testimonia ipsorum aduersariorum, quibus vel diserte, vel per consequiam inuisibilitas Ecclesiæ asseritur. Turrianus tract. 2. lib. 3. cap. 4. Vna tota Ecclesia patrim visibilis est, partim inuisibilis. Interim relig. Cesar. cap. 9. Ecclesia, quatenus constat membris talibus, quæ secundum charitatem viuunt, sanctorum est tantum, & etenus spiritualis & inuisibilis. Bellarminus lib. 3. de Eccles. milit. cap. 2. concedit, quosdam esse de anima Ecclesiæ, licet non sint de corpore. Ibidem asserit tres modos existendi in Ecclesia, videlicet corpore tantum, anima tantum, & veroque simul. Et cap. 6. quosdam esse in Ecclesia animo, non autem corpore seu communicatione externa, quod sufficiat illis ad salutem. Et cap. 15. quod multa inuisibilia, fides scilicet, spes, caritas, &c. sint in Ecclesia. His testimoniis adde confessionem aduersariorum cap. seq. §. 15.

XII. Sequitur altera huius capituli pars, ut respondeamus ad exceptiones aduersariorum. Prima est Hethi episcopi Eboracensis. Concedit ille, Ecclesiæ ante Christi aduentum inuisibilem esse potuisse, sed Ecclesiæ post Christi aduentum non item: idque propterea, quod Christus dicat, edificabo Ecclesiæ meam, non adifico, aut adificau. Respond. 1. Apostolus Rom. 2. diserte distinguit Iudeum & circumcisionem in visibilem & inuisibilem, quando sub fine capituli ait, Iudeum & circumcisionem esse vel *et parvum*, vel *negligere*.

*xix.* Idem docet Rom. 9. vers. 3. & seqq. 2. Si tempus futurum tam stricte vrgent, & que probauerint Ecclesiam Christi, ante aduentum illius non omnino fuisse, quam antea visibilem non extitisse. Sententia Christi est, nullam in Ecclesia ædificationem esse nisi per ipsum.

XIII. Bellarmini exceptiones summatim haec sunt. Primo Ieremias cap. 31. non confert synagogam cum Ecclesia, sed nouum testamentum cum testamento veteri: & quamvis nouum testamentum proprie sit charitas, quæ est lex in corde scripta, testamentum vetus proprie sit doctrina exterior huc lex scripta in lapidibus: tamen non sequitur, quod Ecclesia N. T. sit inuisibilis. Respond. Propheta loquitur de uno eodemque testamento, seu fædere gratia, quod unum est substantia, variis pro temporum ratione. Hoc autem fœdus tum veteri tum novo populo ita fuit administratum, ut utrobius fuerit discrimen inter Ecclesiam inuisibilis & visibilem. Nam utrobius electi Dei filii scribitur lex in corda ipsorum: utrobius Deus est Deus electorum, & ipsi sunt populus eius. Quorum nihil dici potest de hypocritis siue in V. siue in N. T.

XIV. Secunda Bellarmini exceptio est ad locum Lue. 17. vbi dicit per regnum Dei non intelligi Ecclesiam Catholicam, sed vel gratiam, ut exponit Theophylactus, vel ipsum Christum, ut ita Beda. Respond. 1. Id vero habilitate nostram sententiam. Nam Christus per gratiam suam regnat in cordibus nostris, hoc est, in Ecclesiam Catholicam nos transfert. Quomodo autem hoc fiat, oculis hominum obseruari non potest. Vnde Glossa ordinaria hunc locum sic interpretatur: Non poterit obseruari: quia regnum meum non est temporale, sed spirituale, quod fide iam coepit. 2. Christus hoc suum pronuntiatum opponit Pharisæis, qui persuasi erant, regnum Dei, hoc est, Messiae, venturum cum obseruatione, hoc est, cum splendore exterioro, sicut regna huius mundi, quorum initia & progressus incurunt in oculis.

XV. Tertio ad locum Iohann. 4. excipit, eo loco doceri, præcipuum Dei cultum in Ecclesia internum futurum: sed propterea non sequi, Ecclesiam ipsam esse inuisibilem. Respond. 1. Nos ex hoc loco sic argumentamur: Sicut sola est vera Christi Ecclesia, quæ Deum colit in spiritu & veritate, tum Ecclesia Catholicam est inuisibilis. Nam visus non diuidat, quinam Deum colant in spiritu & veritate: 2. Propter cultum præcipuum Ecclesia est Catholicæ. At cultus internus, non autem externus, est præcipuus. Ergo propter hanc Ecclesiam est Catholicæ.

XVI. Quarto contendit Hebr. 12. per montem Sion intelligi Ecclesiam militarem. Respond. 1. Bellarminus lib. 3. de Eccles. milit. cap. 5. ait: Ecclesia triumphans unita est, imo potius una est cum militante. Hinc sequitur, Ecclesiam Catholicam respectu partis in cœlo triumphantis esse inuisibilem; & partem in terris militantem esse eiusdem naturæ cum parte in cœlis triumphantem. 2. Apostolus agit de tota Ecclesia, quam figurauit mons Sion, ita ut Ecclesia sit mons Sion spiritualis, ac proinde inuisibilis. Ait enim: Accessisti, non, accedetis, ad montem Sion, id est, in Ecclesiam sub Euangelio. Qualem vero Ecclesiam? Panegyricus & Ecclesiam primogenitorum, id est, Ecclesiam Catholicam. Et ut arctissimam coniunctionem ostendat inter Ecclesiam militarem & triumphantem, subiungit, eodem, quos ibi alloquitur, accessisti ad Ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis &c. ut qui ad Ecclesiam Christi per euangelium vocantur, ii quodammodo in cœlos, & cœtum patriarcharum atque angelorum admissi esse videantur.

XVII. Quinto ad locum 1. Petrus 2. excipit, Ecclesiam dici domum spiritualem, non secundum substantiam, quomodo angeli dicuntur spirituales, sed secundum ordinationem ad spiritum, quomodo bona opera dicuntur hostiæ spirituales. Respond. 1. Id vero pro nostra sententia facit. Neque enim Ecclesiam dicimus appellari domum spiritualem, quod solis constet spiritibus: sed dicimus spiritu fieri, ut homines sint de Ecclesia, ac propterea Ecclesiam domum spiritualem dici, adeoque esse domum inuisibilem. 2. Homines quidem videntur, at homines spirituales non item.

XVIII. Sexto ad locum 1. Reg. 19. excipit, Elia temporibus Ecclesiam, in Iudaea visibilem fuisse. Dicit enim Deus, se referuisse septem millia in Israele, hoc est, in decem tribibus. Respond. 1. Ecclesia in Iudaea erat visibilis ratione notarum externarum, puta verbi Dei & sacramentorum. At hoc nihil ad rem. 2. Septem illa millia in Israele utique erant de Ecclesia. Non semper itaque & ubique Ecclesia est visibilis. 3. Apostolus, optimus huius loci interpres, Rom. 11. per Israelem intelligit totum populum Dei. Nam & scriptum vers. 1. Israelitam vocat, et si erat de tribu Benjamin, quæ ad regnum Iuda pertinebat: & vers. 5. docet, septem illa millia tum fuisse totum electorum reservationem.

XIX. Ad illud argumentum nostrum: Credimus Ecclesiam Catholicam: Ergo non videntur: Bellarminus, Coferus, & Bicanus excipiunt negando consequentiam; quia id quod videtur, credi etiam possit, quatenus non videntur. Sic Thomas Christum hominem videbat, creditum Deum esse. Ita nos videntur hos homines qui ad Ecclesiam pertinent, credimus autem eos esse Catholicam Ecclesiam. Ita Coferus respondet in Enchiridio, tract. de Ecclesia. Clarius & distinctius hanc rem expedit Bellarminus, his verbis: Dico in Ecclesia aliquid videri, & aliquid credi. Videmus enim eum cœtum, qui Ecclesia est: sed quod ille cœtus sit ipsa vera Christi Ecclesia, non videntur, sed credimus. Vera enim Ecclesia est, quæ profitetur fidem Christi. Quis autem evidenter scit, fidem nostram esse Christi? Bicanus in manuali cap. 5. lib. 1. pluribus ita persegitur hoc idem. Licet, inquit, externis oculis videamus multitudinem eorum hominum, ex quibus conflata est Ecclesia visibilis: tamen quod in ea multitudine sit vera doctrina Christi & Apostolorum, hoc non videntur, sed credimus. Vnde visibilis Ecclesia partim cadit sub externos oculos, partim sub internam fidem. Externis oculis videntur homines, qui in Ecclesia sunt: interna fide credimus, veram Christi doctrinam apud eos tradi & conservari. Hinc solvit vulgare illud sophisma: Quod fide credimus, non est visibile. Ecclesiam fide credimus: Ergo Ecclesia non est visibilis. Nam maior propositio sic debet intelligi: Quod fide credimus, non est visibile ex ea parte, qua sub fidem cadit: tametsi posset esse visibile ex alia parte, qua sub fidem non cadit. Huius rei varia extant exempla. Apostoli in Christo videbant humanitatem, credebant diuinitatem. In baptismo videmus externam aquam & ablutionem, credimus internam regenerandi & peccata abluendi. In codice Bibliorum videmus chartam, scripturam, codicem ipsum: credimus, quod in eo continetur, esse verbum Dei. Idem dico de Ecclesia. Est aliquid in ea, quod credimus: est

aliquid, quod videntur. Credimus veram esse doctrinam, quæ in Ecclesia traditur: videntur homines, externos ritus, & sacramenta, quæ in Ecclesia sunt.

XX. Respondeo distincte. 1. *Coferus.* Quidquid credo, quatenus id credo, non video. At Ecclesia, quatenus est Catholicæ, creditur. Eatenus itaque non videtur. 2. *Bellarmino.* Si non videtur, sed creditur, quod cœtus profertum fidem Christi, sit ipsa vera Christi Ecclesia: ergo vera Christi Ecclesia non videtur, sed creditur. Sic itaque responsio Bellarmini confirmat nostram thesin. Deinde si fides est differentia Ecclesiæ, & illa non videtur, etiam haec non potest videri. 3. *Becano.* Ecclesia Catholicæ ob id non est Catholicæ, quia conseruat doctrinam prophetarum & Apostolorum, & retinet externos ritus & sacramenta: sed quia constat cœtus Dei filiis, quibus euangelium & sacramenta sunt potentia ad salutem. Quinam vero illi sint, id non cedit sub aspectum. 4. *Omnibus & singulis.* Materiale obiectum Ecclesiæ Catholicæ, id est, homines, videri concedimus. Sed hac de te non qualitur: verum de obiecto formalis, quod sunt homines credentes, sancti, glorificandi, electi. Quare tres illi aduersarii causam nostram egregie agunt, & sententiam nostram clarissime exponunt. Hæc enim sunt verba nostrorum. Homines videri dicuntur, qui Ecclesiam constituant, quatenus homines sunt, nisi amentes simus: sed an illi homines sunt Ecclesia, id non videri, nec ex sensu iudicio possit affirmamus; & hoc est, Ecclesiam non videri: ut est apud *Vithakerum de Eccles. quest. 2. cap. 3.* Quare (ut transferamus verba aduersario rumad nostrum institutum) sicut Christum hominem non soli Apostoli, sed omnes promiscue homines, quibus ille se conspicendum præbebat, videbant: sic homines, qui Ecclesiam constituant, promiscue omnes videntur. Sed ut illum hominem Christum esse Dei Filium, & mudi Saluatorem, non oculis corporis, sed fidei ostendebant: sic illos homines esse Ecclesiam, non docentes sensus corporis. Similiter quemadmodum aquam baptismi, & illius aspergitionem omnes videntur, sed illam aspergitionem esse sacramentum, oculi non indicant: sic homines, qui ad Ecclesiam pertinent, videntur & conspicui sunt, sed homines illos esse vera Ecclesia membra, exterius non appetunt.

#### C A P . IV.

Quomodo Papistæ probent Ecclesiam Catholicam semper esse visibilem.

I. *Papistarum sententia est, Ecclesiam Catholicam ita esse visibilem, ut semper actu ficeretur visibilis, & non solum membris Ecclesiæ, sed toti etiam mundo notorie cognita. Remenses annot. in Matth. cap. 5. sect. 3. Canisius cap. de fide & symbolo articul. 18. Bellarmin. lib. 3. de Eccles. milit. cap. 12. rat. 7.* Argumenta pro hac sententia colligemus ex Disputationibus Bellarmini, Enchiridio Coferi, & Manuali Bicanii.

II. Bellarminus demonstratus Ecclesiam esse visibilem, duo ista presupponit, nos duas Ecclesias singere, lib. 3. c. 9. resp. ad arg. 8. & nos Ecclesiam nomine visibilem, re autem inuisibilem statuere, d. l. c. 11. §. 1. Sed nos duo illa presupposita non agnoscimus. Nostra enim sententia est, Ecclesiam vnam eandemque esse teuera inuisibilem, & visibilem. Invisibilem, ratione societatis & formæ interne: visibilem, ratione societatis & formæ externe. Nunc videamus argumenta Bellarmini numero octo, quibus Ecclesiam Catholicam, in se, & per se, perpetuo visibilem, siue exteris sensibus omnino ac necessario expositum esse, probare conatur.

III. *Primum argumentum ipsi ducitur ex iis Scripturae locis, vbi Ecclesia, tum Iudaica, tum Christiana, ut cœtus aliquis visibilis perpetuo describatur. Loca Scripturae hæc sunt. 1.) Num. 20. 4. Cur eduxisti Ecclesiam Dei in solitudinem? At inuisibilis cœtus educi non potest. 2.) 1. Reg. 8. 14. Benedixit rex Solomon toti Ecclesia Israelis: quæ videlicet, in templi dedicatione collecta fuerat. Invisibili autem cœtu nemo benedicere potest. 3.) Matth. 16. 18. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Atqui ut petra leu fundatum Ecclesia visibile est, nempe Apostolus Petrus: ita & edificium, nempe Ecclesiam Catholicam, visibile esse oportet. 4.) Matth. 18. 17. Dic Ecclesia. Si Ecclesia non audierit &c. Verum inuisibili cœtu nihil indicari, nec ipse a quoquam audiari potest. 5.) Act. 20. 28. Spiritus sanctus constituit vos episcopos ad regendam Ecclesiam Dei. At inuisibili cœtu a pauperibus regi non potest. 6.) Act. 15. 3. Illi quidem deduci ab Ecclesia. 7.) Eod. cap. vers. 4. Suscepisti Iustitiam ab Ecclesia. 8.) Act. 18. 22. Ascendit Paulus, & salutavit Ecclesiam. Invisibilis autem Ecclesia nec salutari, nec deducere quenquam potest. 9.) 1. Cor. 15. 9. Gal. 1. 13. Phil. 3. 6. Apostolus Paulus testatur, se persecutum esse Ecclesiam Dei. Quod certe de inuisibili cœtu dici non potuit. 10.) 1. Tim. 3. 15. Hac scilicet, quomodo te verari oporteat in domo Dei, hoc est, Ecclesia. Ergo necesse est, hanc omnino visibilem esse. Ex his efficitur, Ecclesiam esse visibilem, quippe quæ semper ut visibilis congregatio in Scripturis describitur. Quod adeo verum est, ut Calvinus non potuerit vnum Scripturæ locum adferre, vbi hoc non men inuisibili congregationi tribueretur.*

IV. *Respondeo tria. Primo falsum est, Ecclesia nomen in Scripturis semper pro visibili cœtu sumi. Nam Matth. 16. 18. Eph. 1. 22. & 5. 23. Coloss. 1. 18. itemque in symbolo Apostolico nomen Ecclesia significat inuisibilem congregationem omnium sanctorum inde ab origine mundi, sine iam in cœlis regnent, siue in terris peregrinentur. Deinde in omnibus locis allegatis, excepto illo Matth. 16. est ignoratio elenchi, hoc est, verus status questionis non attingitur. In iis enim agitur tantum de Ecclesia particulari, ejusque externa confessione, & politia, leu publico regimine. Agitur, inquit, de cœtu profectum fidem, non autem de interna & Catholicæ, seu vere credentium Ecclesia. Nil itaque probant ista loca. Non enim sequitur: Ecclesia particularis, cuiusmodi fuit Israelitica, Hierosolymitana &c. videri potest. Igo & Catholicæ. Item: Ecclesia particularis aliquando visibilis esse potest. Ergo semper. Denique: Ecclesia fidelibus visibilis est, ut persecutionis tempore. Paulo enim v. g. cognita non erat, cum illam persecuteretur, sed tantum fratribus. Ergo mundo visibilis est. Tria ergo erant probanda: Ecclesiam Catholicam, non autem particularem, cumque non aliquando tantum, sed semper, imo & mundo visibilem esse. Denique in loco Matth. 16. principium petitur, quatenus ipse Petrus Ecclesia petra, siue fundamentum esse*

# LIBER PRIMVS CAP. V.

61

esse assertur. Petrus enim non magis Ecclesiæ fundamentum est, quam reliquaprophetæ & Apostoli, Eph. 2.20. quorum doctrina, non vero persona, est fundamentum Ecclesiæ. Doctrina, inquam, de Christo, qui est fundamentum Ecclesiæ architectonica ratione, non quatenus videri potuit, sed quatenus videri non potuit, hoc est, quatenus fuit Christus ille, a prophetis promissus, mediator ille, propheta, sacerdos, & rex noster, in quem credimus.

V. Secundum Bellarmini argumentum desumitur ex iis Scripturis, quæ Ecclesiastem plane splendidam, seu valde conspicuam, & omnibus hominum sensibus exppositam esse testantur. Horum testimoniorum sunt numero sex, 1.) Psalm. 19. 5. In sole posuit tabernaculum suum, hoc est (interpretate Augustino) in manifesta luce posuit Ecclesiastem suam, ut sicut sol non potest omnino latere, ita nec Ecclesia possit abscondi. 2.) Esa. 2. v. 1. & seqq. vbi Ecclesia comparatur monti magno, in vertice aliorum montium; ad quem gentes ceterum confluere debent. 3.) Dan. 2. v. 35. & 4. vbi Ecclesia itidem comparatur monti magno. 4.) Mich. 4. v. 1. & seqq. qui locutus illi Esa. 2. est parallelus & plane geminus. 5.) Matth. 5. 15. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. 6.) Parabolæ de area, de reti, de ouili, de conuiuio, & similes, quibus figuratur Ecclesia Catholica, ostendunt, Ecclesiastem Christi visibilem esse, ut pote res visibles & contrectabiles adumbratam. Ergo nullo modo invisibilis est Ecclesia.

V. Resp. quatuor. 1. Locus ille ex Psalm. 19. non agit de tabernaculo Dei, hoc est, de Ecclesia, sed de tentorio solis, qui in celo, tanquam in sublimi & illustrissimo quadam theatro est positus. Quæ interpretatio ex Hebraica veritate, subiecta materia, & præcipuis versionibus confirmatur. Neque vero allegorica exppositio Augustini (ut pote mera allusio) contra veritatem prescribere potest. 2. Vaticinia Esaïæ & Micheæ loquuntur de maxima amplitudine & diffusione Ecclesiæ per totum orbem, tempore noui testamenti, adeoque de aspectibili cœtu eorum, qui profitebuntur nomen Christi. At hinc male concluditur, cœtum fidelium, seu vere credentium, esse pse & sua natura visibilem. Huc accedit, quod, interprete Augustino, Ecclesia super montem esse dicitur, quia veritas cœlestis non quadrat angulos & latibula, sed adeo est intrepida, ut ipsius confessores coram regibus & principibus pudore non suffundantur. Quod attinet ad varicinium Danielis, illo prædicitur perpetua duratio Ecclesiæ inter ruinas & rudera imperiorum. Sed quid hoc facit ad propositum, quo Ecclesia Catholica dicitur esse visibilis? Locus ex Matth. 5. non est accipiens de Ecclesia Catholica, sed de pastoriis Ecclesiæ particularium v.g. de Apostolis & illorum successoribus insignioribus, qui fulgent tanquam luminaria quædam in Ecclesia, idque proper insignia dona, quibus sunt diuinitus ornati. Quanquam haec ipsa lumina Ecclesiæ non semper palam conspicuntur. Nam Apostoli à Scribis & Pharisæis non fuerunt cogniti. 4. Parabolæ istæ loquuntur de Ecclesia particulari, cuius essentia & definitio non coincidit cum Ecclesia Catholica. Itaque perpetua hic est ignoratio elenchi.

VII. Tertium Bellarmini argumentum sumitur ab ipso ortu & progressu Ecclesiæ; qui utique tum in V. tum in N. T. visibilis atque conspicuus fuisse docetur: sicut ex ipsa utriusque Ecclesiæ historia manifestum euadit. Nam in V. T. ante diluvium Ecclesia Catholica fuit visibilis in familia & posteritate Sethi: tempore diluvii in familia Noe: tempore Abrahami in ipsius familia, quæ in carne sua portabat visibile signum circumcisio; ad quod tempore exitus ex Ægypto accepit alterum visibile signum agni pachalis. Huc accedit varia sacrificia, & ceremonia, inde ab Adamo usque ad Christum. Itaque Ecclesia V. T. fuit visibilis ante diluvium, & post diluvium in Ægypto, in deserto, in Iudea. Deinde Ecclesia N. T. tota fuit in Christo & Apostolis atque discipulis; qui adeo visibles erant, ut super illos Spiritus sanctus visibiliter descendit in die Pentecostes. Tertio ut Ecclesia N. T. visibili ratione cœpit, sic quoque visibili ratione fuit propagata: ut constat ex Act. 2. 3. & 4. vbi primo tria hominum millia, & postea quinque millia huic Ecclesiæ visibiliter dicuntur fuisse addita. Simili modo Ecclesia fuit propagata per totum terrarum orbem, etiam sub maximis tyrannis & hereticis.

VIII. Respondeo in genere, sophisticam hic esse confusionem Ecclesiæ Catholicae & particularis, itemque internæ & externæ, hoc est, cœtus profidentum cum cœtu vere credentium, adeoque substantia & accidentium. Iam in specie dico, 1. sacrificia, circumcisionem, pascha, & reliquias ceremonias non fuisse signa Ecclesiæ Catholicae, hoc est, vere credentium: quia non solum Abel sacrificauit, sed etiam Cain; neque solum Isaac & Jacob fuerunt circumcisi, sed etiam Ismael & Esau. 2. tempore Christi totam Ecclesiæ Catholicae militantem non fuisse in Christo, Apostolis, & reliquis discipulis: quia multi pii latebant inter Iudeos, ut constat ex historia Simeonis & Nicodemi. 3. Illos, super quos Spiritus sanctus visibiliter die Pentecostes delapsus est, fuisse Ecclesiæ particularem. 4. homines illos, qui Christo nomen dederunt, fuisse quidem visibles: sed quinam ex illis ad Ecclesiæ Catholicae pertinuerint, nullo sensu externo potuisse deprehendi.

IX. Quartum Bellarmini argumentum dicitur à formalizatione Ecclesiæ, seu à natura & essentia subiecti. Sed quæ illa tandem est? Ecclesia, inquit, est societas quædam hominum, non angelorum, neque animarum separatarum. Itaque ut homines sunt natura sua visibles, ita quoque hominum societas. Huc accedit, quod vincula & signa huius societatis, per quæ socii se inuite agnoscunt, externa sunt & visibilia.

Respondeo. 1. Est puerilis peritio principii. Neque enim homines, qua homines, sed qua electi & vere credentes, constituant Ecclesiæ Catholicanam: à qua sancti angeli, itemque spiritus iustorum in celum iam recepti, minime sunt separandi, ut patet ex Heb. 12. vers. 23. & seqq. 2. Falsum est, signa Ecclesiæ Catholicae esse visibilia & externa. Nam pii cum Christo & inter se coniungantur spiritu & fide: ita ut sit dissimilis ratio Ecclesiæ Catholicae, & societatis œconomiae, politicae, scholasticae, imo & Ecclesiasticae, seu Ecclesiæ particularis. Nam illæ rebus externis continentur, absoluuntur, & iudicantur.

X. Quintum Bellarmini argumentum petitur à confessione nostrorum hominum, qui fatentur tempore Christi Ecclesiæ fuisse solum in Zacharia, Simeone, Anna, Maria, & paucis aliis, non autem in Pontificibus, Sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis, & reliqua multitudine Iudeorum. At illi communicabant cum Pontificibus sui temporis in templo, & in Ecclesia-

Tom. V.

sticis officiis, sive externis sacris, adeoque erant visibles. Ergo nunc quoque Ecclesia Christi ex iis tantum constat, qui summis Pontificibus externa quadam ratione subiecti sunt, cumque iis in externo Dei cultu comunicant.

Respondeo. 1. Pontifices, & ipsorum affectæ non erant Ecclesia Catholica (hæc enim non persequitur Christum) sed pauci illi, qui in Christum credebant, puta Zacharias, Simeon, Johannes, & alii. At vero externus aspectus non potuit hos ab illis secessare. 2. Sancti homines tunc temporis confluebant in templum, ad sacra diuinities instituta & præcepta, non vero probabant traditiones Pharisæorum. Sed non est similis ratio Ecclesiæ Romanae: quia ordo illius Ecclesiæ non est a Deo institutus, ut fuit ordo ille Iudeorum, sed est inuentum & commentum mere humanum.

XI. Sextum suum argumentum Bellarmini dicit ex absurdo consequente, hunc in modum. Tenemur omnes, sub periculo mortis æternæ, nos adiungere vera Ecclesia, & in ea perseverare: cum nemo habere Deum possit patrem, qui Ecclesiæ non habet matrem. Athocieri non potest, si Ecclesia sit invisibilis. Quomodo enim te adiungas illi cœtu, quem videre non potes: quomodo colas communionem sanctorum, quæ omnes tuos sensus fugit?

Respondeo. 1. Ut communio sanctorum alia est externa, alia interna: ita quoque Ecclesia. Cum vero iubemur colere communionem sanctorum, & nos adiungere Ecclesiæ, id principaliter intelligendum est de interna. 2. Ecclesiæ internæ & Catholicae adiungimur vel immediate, per fidem veram: vel immediate, per Ecclesiæ particularem, quatenus illa est vera Ecclesia, hoc est, retinuet incorruptam verbi Dei prædicationem; & legitimam sacramentorum administrationem.

XII. Septimum & penultimum Bellarmini argumentum sumitur à definitione Ecclesiæ Catholicae in his terris militantis: quod nimur sit congregatio hominum mortalium, eandem Christi fidem profidentium, & iidem sacramentis vtentium, idque sub regime legitimorum pastorum. Athiuusmodi congregatio est visibilis. Resp. Est manifesta petitio principii. Nam Ecclesia Catholica in his terris militans est congregatio hominum vere credentium: & ita est invisibilis. Quod attinet ad Ecclesiæ Catholicæ N. T. illa dicitur ambigite. Aut enim intelligitur illa ipsa congregatio vere credentium, de qua diximus: aut congregatio credentium sive fidelium largo sensu, quomodo omnes Christiani dicuntur credentes & fideles. Prior modo Ecclesia est invisibilis posteriori, visibilis. Ibi formale, hic materiale Ecclesiæ Catholicae attenditur.

XIII. Octauum & ultimum Bellarmini argumentum sumitur ex testimoniis Patrum, hoc modo. Origines homil. 30. in Matth. ait: Ecclesia plena est fulgore ab oriente usque ad occidentem. Cyprianus de unit. Ecclesia, sive de simplicitate prælatorum: Ecclesia Domini luce perfusa, radios suos per orbem terrarum spargit. Chrysostomus homil. 4. in cap. 6. Esaïæ: Facilius est solem extingui, quam Ecclesiæ obscurari. Augustinus lib. 3. contra epist. Pæterian. c. 5. Nulla est securitas unitatis nisi ex promissis Dei, Ecclesiæ declarata; quæ supra montem, ut dictum est, constituta, abscondi non potest. Idem tract. 1. in epist. Iohann. Numquid digito ostendimus Ecclesiæ, fratres mei: nonne aperte est? Idem tract. 2. in eandem epist. Quid amplius dicitur sum: quam cœcos, qui tam magnum montem non vident? qui contra lucernam in candelabro positam oculos claudunt: Respondeo primo in genere, in citandis his Patrum dictis committi fallaciam aequationis, ac figura dictiōnis; quia quæ à Patribus dicuntur de spirituali luce ac fulgore diuinæ veritatis, deque semper Ecclesiæ durabilitate, ad externum & visibilem eius splendorem inepit detinquentur.

Respondeo deinde in specie. 1. Origenes dicit: Ecclesiæ esse plenam fulgore; id est, veritate. Sic enim ille fulgor allegoricæ explicat d. l. 2. Cyprianus docet Ecclesiæ esse perfusam luce interna: & ait, eam radios suos spargere per orbem terrarum, quia lumen doctrinæ innuit Iudeos & Gentibus. 3. Chrysostomus disputat de Ecclesiæ æternitate, seu durabilitate sempiterna, non de eius visibilitate. 4. Augustinus disputat contra Donatistas, qui suo tempore nusquam præterquam apud se Ecclesiæ esse affirmabant: cum particulares Ecclesiæ per totum terrarum orbem plurimas, & florentissimæ essent. Quas quia Donatistæ non cernebant, vel potius cernere nolebant, merito cœcitas alligantur ab Augustino. Sed hinc non potest demonstrari, perpetuum eiusmodi statum Ecclesiæ Catholicae fuisse esse, & fore.

XIV. Hæc nimur est ogdoa illa argumentorum Bellarmianorum, quæ Withakerus noster merito lenissima vocat. Videamus an Cœterus in Enchiridio contrareriarum habeat validiora. Hæretici, inquit, ut necessitatem effugiant, successione non interrupta Ecclesiæ suam ad Apostolos descendit, eo confugiat ut dicant, Christum invisibilem instauruisse Ecclesiæ, in qua solidi boni; quorum cum pietas lateat, ignorem etiam, qui nam ad Ecclesiæ pertineant. Sed huic doctrina non modo Scripturæ facili aduersantur, sed recta quoque ratio. Scriptura quidem, quæ in eadem sagena bonos agnoscent pisces, & malos, Matth. 13. 17. in eadem nuptiali domo homines vestitos nuptiali vesti, & non vestitos, Matth. 22. 11. in eodem agro triticum, & zizania. Matth. 13. expectantes sponsi aduentum sapientes virgines, & fatus, Matth. 25. 2. in Apostolorum collegio Iudeam diabolum cum reliquis viris sanctissimis, Ioh. 6. 70. Beatus Apostolus non existimat Corinthium illum formicarium prius ab Ecclesiæ alienum esse, quam sententia excommunicationis excluderetur, 1. Cor. 6. In Apocalypsi cap. 3. vers. 1. 14. grauissime corripuntur episcopi Sardicensis & Laodicensis: ille, quod spiritu mortuus eset; iste, quod neque frigidus, neque calidus, sed tepidus, miser, & miserabilis, & patiper, & cœcus, & nudus: utique tamen agnosceretur Episcopus & caput Ecclesiæ suæ, ne dum electus ex ore diuino. Ratione vero id ipsum confirmatur. Si enim invisibilis est Ecclesia, videri non poterit, multo minus audiendi & consuli. Ignorabit igitur quo se conferat, qui forte ex infidelitate conuerlus, Ecclesiæ querit. Impleri non poterit Christi mandatum Dic Ecclesiæ, Matth. 18. 17. Nulla erit Ecclesiastica iurisdictio, nulla potestas manifesta, nullus superior, nullus à quo peccatorum remissio vice Christi petenda sit, Matth. 18. 18. Iohann. 20: Omnia occulta, incerta, dubia. His igitur reiectis erroribus docet orthodoxya.

doxa fides, Christum Dominum in orbe hoc terrarum, congregationem instituisse, in eamque homines euocasse, & Ecclesiam appellasse, eique ut ante dictum est, eximia ptiuilegia contulisse. Hos autem homines, qui Ecclesiam conficerent, dixi demonstrasse, ne in incerto haeremus. Sicut enim sensibili voce à magnifica gloria delapsa Deus Pater Christum Filium Apostolis exhibuit, 2. Petr. 1. 17. & Matth. 17. 5. Hic est Filius meus dilectus, ipsum audire: ita Filius clara & aperta voce Apostolos ostendit, Matth. 5. 14. Vos estis lux mundi. Matth. 10. Ecce ego misso vos. Lue. 10. 16. Qui vos audit, me audit. Apostoli deinde visibiles Ecclesiæ fundant, verbis & epistolis instruxerunt, episcopos ordinaron, politiam instaurerunt, leges præscripterunt, eaque omnia præstiterunt, quibus externa atque visibilis res publica constitui solet. Voluit enim Christus non modo visibilem esse suam Ecclesiam, sed valde conspicuum, ut omnibus innotesceret gratia Dei, quæ in hac sancta congregacione, & non alibi asseruatur, atque confortur: vnde etiam ciuitati, quæ in monte posita est, & candelæ supra candelabrum; similem facit, Matth. 5. 14.

XV. Tu vero, mi Coster, nimis quam confuse & indigne statum questionis & mentem nostram proponis. Cum enim Ecclesiæ vox aut strixius cœtum vocatorum & electorum ad vitam æternam (prout Bernhardus Ecclesiam prædestinatorem, Augustinus electorum vocat) aut latius cœtum vocatorum ad Euangeliæ professionem: nostri distinctor affirman, Ecclesiæ priori modo acceptam, nobis in hac terra inuisibilem esse; altera vero significatione, visibilem. Deinde, concedimus veram Ecclesiam in hac vita in se visibilem esse secundum materiam (nam homines sunt) & formam externam ipsius (ea enim est rationis materialis) ut homo est visibilis, & visibiles sunt actiones ipsius externæ. At ex ratione externa nemo adstruxerit, ergo tantum visibilem esse. Neque vero ita duas numero Ecclesiæ statuimus, sed unam numero Ecclesiam, duplum est modo & ratione dicimus pro conditione membrorum ipsius; cum alia sint membra vera & esentialia, formaliter, alia materialiter solum. Quæ distinctione adeo perspicua est, ut non solum Patrum consensu, sed etiam doctiorum Pontificiorum confessione probari possit. Nam, ut paulo antemonimus, Bernhardus in Cantica serm. 78. Sponsam interpretatur Ecclesiæ electorum. In eandem sententiam Gabriel Biel in Canonem Missæ lect. 22. §. E. ait: Accipitur etiam Ecclesia pro tota multitudine prædestinatorem. Quid Enchiridion Christianæ institutionis in Concilio provinciali Coloniensi editum p. 171. de sacramento ordinis nobiscum loquitur his verbis: Ut autem contendant quidam Ecclesiam inuisibilem esse: quod de Ecclesiæ prædestinatorem non negamus: nihilo feciis (ut opinamur) nobis concedent Ecclesiæ etiam visibilem, quæ bonis habet admixtos malos visibili professione fidei & sacramentorum communione sociatos. Quæ cum ita sint, frustra in eo laborat Costerus, ut ex sacrâ literis ostendat in Ecclesia externa, non tantum bonos esse, sed etiam malos reperiri: & Christum ostendisse Apostolos, eosque fundasse Ecclesiæ visibles: quia illa omnino extra controversiam sunt.

XVI. Similiter rationes Costeri nobis non aduersantur. Nam quod Christus iuberet adire & audire Ecclesiam; quod Ecclesiastica iurisdictio est visibilis &c. id omne concedimus de particularibus Ecclesiæ, quæ sunt visibles & externæ. Quas cum adimus, Ecclesiæ quoque Catholicam & inuisibilem adire iudicamus: quatenus videlicet Ecclesia Catholica dispersa est & veluti latet in Ecclesiæ particularibus; quomodo vniuersalia, id est, genera & species, in suis singularibus, vel potius anima in corpore latet. Itaque Ecclesiæ particulares adimus immediate, Catholicam mediate.

XVII. Supereft, Costere, ut dispiciamus, an Ecclesia visibilis semper sit conspicua, quod tu ait: an vero aliquando certaque ratione fieri possit inuisibilis, hoc est, an ita latere possit persecutionibus compressa, ut ad tempus non solum alienis ab Ecclesia, quos Apostolus appellat *hostes*, sed etiam multis fidelium, non appareat, quod nos asserimus, exemplo veteris Ecclesiæ, prophetia Apostolorum, & historia Ecclesiastica freti. Nam, ut supra etiam probauimus, Elias tempore Ecclesie septem milium in Israele ita latuit, ut etiam Elias se solum Dei cultorem superstitem relictum imprudens conquestus sit 1. Reg. 19. 19. Similiter sub Rorboamo, Ioram, Ochozia, Athalia, Ioa, Amazia, Achazo, Manasse, Ammone, Ioakimo, Ioachimo, & Zedekia regibus, Ecclesia, idololatria publice dominante & tyrannis saevientibus presla, tanquam ignis sub cineribus latuit. Similis in N. T. Ecclesiæ calamitas prænuntiatur. 2. Thess. 2. vers. 3. 4. Matth. 24. 24. potissimum vero Apoc. 12. vers. 6. 14. Atque hisce contentit historia Ecclesiastica, quæ demonstrat Christiano olim saevientibus tyrannis, modo priuatis & dibus inclusos, modo in antris ac speluncis cœtus Ecclesiasticos conseruasse. Qua de re vide Tertullianum, Institutum Martyrum, Arnobijimo & Pliniu*mii* iuniorum. Recteigitur Augustinus ep. 80. ad Hesychium ait: Ecclesia est sol, luna, & stellæ &c. Quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de celo, Ecclesia non apparebit, impiis tunc persecutoribus ultra modum saevientibus. Et Epist. 48. ad Vincentium: Ipsa est (Ecclesia) quæ aliquando obscuratur, & tanquam obnubilatur multitudine scandalorum. Quamobrem hinc liquet, Ecclesiæ visibilem hostium furore non extingui quidem, sed obscurari, & in solitudinem compulsa non nunquam latere: quemadmodum Ecclesiæ caput Christus Herodis tyrranide fugatus aliquandi latuit in Ægypto, Matth. 2.

XVIII. Sed, inquit Costerus, Christus voluit non modo visibilem esse suam Ecclesiæ, sed valde conspicuum. Sane ita est. Ecclesia N. T. debet esse conspicua, sed non semper, non ubique, non omnibus, non eodem modo. Ita voluit Christus innotescere omnibus gratiam Dei: sed quādiu ingratitudine & tyrannide hominum id minime impediretur. Sed excepit Costerus, Ecclesiæ comparari ciuitati, quæ in monte posita est, & candelæ supra candelabrum.

Respond. 1. Christus loquitur ibi de pastoribus Ecclesiæ, quorum officium est, doctrinæ & vita splendore ceteris prælucere: ut Chrysostomus comment in Matth. 5. & Iohannes Ferus, concionatorum Pontificiorum præstantissimus, commentarius suis ad h. l. demonstrat; & ex antecedē-

tibus & consequentibus verbis appetit. Christus enim sic alloquitur discipulos suos: *Vos estis sal terra &c. Vos estis lux mundi. Non potest urbs occultari supra montem posita &c.* Hinc patet, verbis illis describi officium Apostolorum, & omnino omnium Ecclesiæ pastorum: non autem promissionem dari. Itaque inepta est consequentia, ab officio ad effectum. Quandoquidem Ecclesiæ pastores officium omittere possunt, aut suo vitio, aut aduersariorum maleficio. 2. Etsi haec Christi oratio, seruata ordinis & graduum differentia, non solum de Apostolis, sed etiam de singulis fidelibus, adeoque de Ecclesiæ vniuersali & particulari, accipi quoque potest: hinc tamen falso concluditur, Ecclesiæ semper esse conspicuam. Nam particulares Ecclesiæ; & singuli fideles, qui ciuitati in monte positæ, & lucernæ comparantur, interdum ad tempus à conspectu hominum remoti latere possunt.

XIX. Supereft tercia huius capituli sectio, quæ Becani argumenta ventilabit. Sic autem ille lib. 1. Manualis cap. 3. conclusus primus ait: Ecclesia Christi, quam militantem vocamus, visibilis & conspicua est. Hanc concedunt præcipui aduersarii: præsterrim Calvinus lib. 4. Inst. cap. 1. §. 2. vbi ex professo disputat de Ecclesiæ visibili; & Philippus Melanchthon in Examine ordinandorum, titulo de Ecclesia, vbi sic ait: Ecclesia visibilis in hac vita, est coetus visibilis amplectentium incorruptam Euangeliæ doctrinam, & recte videntium sacramentis: in quo coetu Filius Dei efficitur, & multos regenerat ad vitam æternam. Et res certa est. Primo; quia illa Ecclesia necessario visibilis est, in qua episcopi & pastores visibiliter debent gubernare subditos, visibiliter docere, hortari, sacramenta administrare, peccantes corriger, contumaces ab aliorum communione separare. Et vicissim, vbi subditæ debent agnoscere suos pastores, eorum monitis obtemperare, instructionem & sacramenta ab eis percipere. At hæc omnia sunt in verâ Christi Ecclesia. Ergo vera Christi Ecclesia necessario visibilis est. Minor patet ex Scriptura. Matth. 18. 17. Dic Ecclesiæ. Et Ad. 20. 28. Attende vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiæ Dei. Et Hebr. 13. 17. Obedite præpositis vestris, & subiacete illis. Ipsi enim per vigilant, quasi rationem pro animabus vestris redditur.

XX. Respond. 1. Conclusio Becani committit elenchem à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam Ecclesia Christi, quam militantem vocamus, aut simpliciter & absolute omnes omnium temporum ab initio ad finem mundi; aut secundum quid certi temporis Ecclesiæ notat; quæ vel inde à Christo ad finem mundi (quæ quidem Ecclesia peculiari ratione Catholica dicitur, quod non solum Iudeos, sed quarumvis etiam gentium Ecclesiæ complectatur) vel uno eodemque tempore in orbe vniuerso existunt. Et postrema hac ratione Ecclesia Catholica militans est visibilis, quantum ad materiam & formam externam, non quantum ad formam internam. Rursus est visibilis non semel & simul: nec semper, nec eodem modo; quia neque unus homo totum illud systema videre est, & varii sunt paroxysmi Ecclesiæ militantis. Itaque, uno verbo, Ecclesia Catholica his in terris militans, est visibilis materialiter, & secundum plus & minus. 2. Calvinus & Melanchthon distincte loquuntur de Ecclesia. Etsi enim agnoscent unam Ecclesiæ: tamen duo sunt ipsius modi, qui non variant ipsam rem. Ita unus idemque est homo, licet recte distinguatur homo exterior ab interiori. Etsi patet ex definitione Melanchthonis, quod verba faciat de Ecclesiæ visibili, cuius nota sunt prædicatio verbi incorrupta, & sacramentorum administratio legitima. 3. Melanchthon distinxit agnoscit discrimen Ecclesiæ visibilis & inuisibilis, quando in definitio addit, quod Filius Dei in isto cœtu multos regenerat ad vitam æternam. Nam in Ecclesia inuisibili omnes regenerantur. 4. Prima ratio Becani loquitur de vocatione externa, adeoque de Ecclesiæ visibili. Proinde non attingit statum controversiae: vt patet ex superioribus §. 15. & 17. disputatis.

XXI. Secundo, inquit Becanus, illa Ecclesia necessario est visibilis, in qua publice indicuntur & celebrantur concilia, sanctiunt canones, dirimuntur controversiae de fide ac religione. Hæc omnia sunt in vera Christi Ecclesia. Nam Apostoli indexerunt Concilium Hierosolymitanum, Ad. 15. 28. Et post tempora Apostolorum celebrata sunt Concilia generalia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense, quæ etiam ab aduersariis tanquam legitima admittuntur. Respondeo. Et hic aberratur à questione. Nos enim concedimus, Ecclesiæ visibilem hæc munia obire. Sed hinc non sequitur, Ecclesiæ Catholicæ sua natura esse visibilis.

XXII. Tertio, ait Becanus, Christus in Euangeliō comparat Ecclesiæ suam sagittæ missæ in mare, & ex omnigenere pilicium congreganti: comparat continuo nuptiali, ad quod boni & mali vocati sunt: comparat decem virginibus, quarum quinque prudentes sunt, quinque fatuæ: comparat ouili, in quo reperiuntur oues & hœdi. Hæc non possunt intelligi nisi de Ecclesiæ visibili. Nam aduersarii, qui agnoscent duas Ecclesiæ, unam inuisibilem, alteram visibilem; sic eas inter se distinguunt, quod in hac soli sunt prædestinati, in illa boni & mali permixti. At in Ecclesia, de qua Christus loquitur in supra dictis parabolis, sunt boni & mali permixti. Ergo loquitur de Ecclesiæ visibili. Loquitur autem de vera Ecclesia. Vera igitur Ecclesia visibilis est.

Respondeo 1. Falsum est, nos agnosceremus duas Ecclesiæ: vt iam toties indicavimus. 2. Conclusio non est contraria. Neque enim hæc est qualitas, an vera Ecclesia sit visibilis: sed, an Catholicæ Ecclesia sit visibilis. Illam distinguimus ratione prædicati, hanc ratione subiecti. Nam vera Ecclesia est partim visibilis, partim inuisibilis: Ecclesia Catholicæ est visibilis quantum ad materiale, inuisibilis quantum ad formale, hoc est, quatenus est Catholicæ. 3. Ecclesia, in qua sunt boni & mali, non est Catholicæ, sed particularis: quia Ecclesia Catholicæ est cœtus vocatorum vocatione interna, hoc est, vocorum & electorum simul.

XXIII. Quartum Becani argumentum sequitur. Idem à propheta prædictum est, Psalm. 19. 6. In sole posuit tabernaculum suum, id est, ut ibidem explicat Augustinus, in manifestatione posuit Ecclesiæ suam, non in occulto. Et Epist. 166. ad Donatistas: Ipsa est Ecclesia in sole posita, id est, in manifestatione, omnibus nota vñq; ad terminos terræ. Eodæspecta illud Christi Matth. 5. 15. Non potest ciuitas abscondi & c. Vbi per ciuitatem, quæ abscondi non potest, & per lucernam, quæ omnib; lucet, intelligitur Ecclesia Christi.

Ynde

## LIBER PRIMVS CAP. V.

63

Vnde idem Augustinus in libro de Unitate Ecclesiae c. 16. Non est, inquit, opera Ecclesia, quia non est sub modio, sed supra candelabrum. Et de illa dictum est: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Sed Donatistis velut opera est, qui audiunt tam lucida & manifesta testimonia, quae illam toto orbe demonstrant, & malint clausis oculis offendere in montem, quam in eum ascendere. Et epist. 170. ad Severinum: Facile tibi est attendere & videre ciuitatem super montem constitutam. Respond. i. Argumentum Augustini ex Psalm. 19. non constringit: quia est allusionis allegoriae, ut probauimus paulo ante §. 6: 2. Ecclesia Catholica est in sole iustitia posita, id est, in Christo, adeoque coruscatur ipsius radiis. In qua autem est argumentatio a splendoris spiritualitate corporalem. 3. Locus Mat. 5. *wealw* agit de pastoribus Ecclesia, *et quas* de reliquis fidelibus, ut probatum est. §. 18. Ut risque autem competit ista similitudo non fatione visibilitatis, sed ratione sanctitatis. 4. Augustinus agit contra Donatistas, quorum oculos non perstringebat fulgor plurimarum Ecclesiarum per orbem dispersarum, quod huc erent in suis conuenticulis defixi & velut attoniti.

XXIV. Quinto, inquit Becanus, idem constat ex symbolo fidei, ubi sic dicimus: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam. Quod de visibili Ecclesia intelligendum est, non solum docent Catholici, sed etiam multi ex aduersariis, praesertim Caluinus & Melanchthon locis supra citatis. Itaque dari Ecclesiam visibilem, est articulus fidei secundum aduersarios. Et recte. Nam licet externis oculis videamus multitudinem eorum hominum ex quibus collata est Ecclesia visibilis: tamen quod in ea multitudine sit vera doctrina Christi & Apostolorum, hoc non videmus, sed credimus. Vnde visibilis Ecclesia partim cadit sub externos oculos; partim sub internam fidem. Pluribus hoc argumentum persequitur Becanus, ut videre est cap. anteced. §. 19. Resp. i. Caluinus dicitur, in symbolo, ubi profitemur nos credere Ecclesiam, id non solum ad visibilem referri, sed ad omnes quoque electos Dei, in quorum numero comprehenduntur etiam qui morte defuncti sunt. Quamvis ergo tristis vastitas, quae nobis vnde occurrit, nihil Ecclesia residuum esse clamet, sciamus fructu salme Christi mortem, Deumque mirabiliter Ecclesiam suam quasi in latebris seruire. Et seq. 3. d. l. ait: Quanquam articulus symboli ad externam quoque Ecclesiam aliquatenus pertinet, ut se quisque noltrum in fraterno consensu cum omnibus Dei filiis contingat: Ecclesia deferat quam meretur autoritatem: denique se ita gerat, ut ouis ex grege. 2. Ecclesiam Catholicam, quatenus Catholica est, credimus, hoc est, firmiter statuimus, quamuis ad diruendam Christi gratiam omnes lapides moueat diabolus, & eodem etiam ferantur vesano impetu Dei hostes: non posse tamen extingui: nec sterilem posse reddi Christi sanguinem, quin fructum aliquem producat. Ita & arcana Dei electio, & interior vocatio spectata est: quia solus nouit qui sui sint, & sub signaculo, vt loquitur Paulus 1. Tim. 2. 19. inclusos tenet, nisi quod insignia eius gestant, quibus dignoscantur a reprobis. Sed quia exiguis numerus & contemptibilis latet sub ingenti turba, & grana tritici pauca teguntur palea congerie, solidi Deo permittenda est cognitio sua Ecclesiae, cuius fundamentum est arcana illius electio. Nec vero satis est electorum turbam cogitatione animoque complecti, nisi tales Ecclesiae unitatem, in quam nos esse insitos vere sumus peruersi. Nisi enim sub capite nostro Christo coadunati sumus reliquis omnibus membris, nulla nos maneris spes hereditatis futura. Ideo Catholica dicitur, seu viuersalis: quia non duas aut tres inuenire licet, quin discerpatur Christus: quod fieri non potest. Ex his relinquitur, Ecclesiam, qua inuisibilem, esse obiectum fidei. Dum enim dicimus, Credo Ecclesiam Catholicam, hic est sensus: Firmiter statuo, Deum sibi colligere aeternam Ecclesiam, cuius ego quoque perfidem sum membrum. Atque hoc est, quod supra cap. praeced. §. 19. dicebamus de formalis obiecto fidei. 3. Nemis iejunum est, quod Becanus dicit, hoc solum in Ecclesia Catholicâ sub fidem cadere, quod homines in ea retineant doctrinam Christi. Oportet enim hic oculos fidei in primis conuertere ad vocationem, unionem, & communionem internam.

XXV. Sextum Becani argumentum sequitur, his verbis. Accedit consensus Patrum. Omnes qui de hac re ex profilio scribunt, Ecclesiam visibilem esse affirmant. Augustinus (vt omittâ testimonia ipsius supra citata epist. 166. ad Donatistas) sic habet: In Scripturis dicimus Christum: in Scripturis didicimus Ecclesiam. Has Scripturas communiter habemus: quare non in eis Christum & Ecclesiam communiter retinemus: *Et post multa: Ecce Scripturae communes. Ecce, ubi nouimus Christum, ibi nouimus Ecclesiam.* Si Christum ipsum tenetis, ipsam Ecclesiam quare non tenetis? Si in ipsum Christum, quem legitis & non videris, tamen propter Scripturarum veritatem creditis, quare Ecclesiam negatis, quam legitis & videris? Et ne longus sim in enimētandis aliis Patribus, omnes illi supponunt Ecclesiam esse visibilem, qui recessent ordine successores Petri, in gubernatione Ecclesiae: vt Irenaeus, Optatus, Augustinus, Epiphanius, & Eusebius Cæsariensis. Omnes item, qui fatentur ex Euangelio, bonos & malos in Ecclesia permixtos esse: Qui agnoscunt potestate soluendi, ligandi, excommunicandi, quae nisi in Ecclesia visibili exerceri non potest. Denique qui asserunt Ecclesiam sine praedicatione Euangelii, & sacramentorum administratione, confistere non posse. Nec puto quenquam esse, qui haec neget, si intelligat. Resp. i. Patres vtrumque scribunt, Ecclesiam esse visibilem, & inuisibilem. Quae est nostra sententia. 2. Augustinus contra Donatistas recte afferit, Ecclesiam Christi esse conspicuum & visibilem in toti illis conuentibus, quos veluti manu palpares tun temporis licebat. 3. Patres, qui recitant successores Petri, verba faciunt de Ecclesia Romana, cuius magna laus fuit primis illis temporibus. At vero haec Ecclesia erat particularis. 4. Patres ita fatentur Ecclesiam particulararem & visibilem constare ex bonis & malis, ut non negent Ecclesiam Catholicam constare ex solis bonis, adeoque nobis esse inuisibilem. 5. Potestas Ecclesiae, itemque praedicatione verbi, & administratio sacramentorum, ita se habent, ut communiter pertineant ad bonos & malos. Quare in Ecclesia particulari, eaque visibili, merito a nobis illa omnia querenda esse Patres dicunt. Itaque & hic aberratura questione.

XXVI. Colophonis loco Becanus ita rhetoriceatur. Conabortamen, inquit, clariss explicare. Ac primum quarto, an respub. Veneta, vel ciuitas Viennensis in Austria, sit visibilis, necne? Omnes, opinor, visibilem esse concedent. At eadem est ratio de Ecclesia. Quod sic ostendo. Tria spectari possunt in Ecclesia. i. Multitudo, seu collectio eorum hominum, qui sunt in Ecclesia. ii. Externum regimen, quo praelati Ecclesia gubernant suos subditos, docen-

Tom. V.

do, hortando, iudicando, puniendo, sacramenta administrando. 3. Interna fides & charitas, qua inter se vniuntur. Eadem spectari possunt in rep. Veneta, vel ciuitate Viennensi. 1. Multitudo, seu collectio eorum hominum, qui in rep. vel ciuitate sunt. 2. Externum regimen, quo magistratus politicus gubernat suos subditos. 3. Interna affectio, qua inter se vniuntur. Duo priora, tam in Ecclesia, quam in repub. vel ciuitate, sunt visibilia. Tertium utrobius est inuisibile. Sicut enim externis oculis non possum videre, an Christiani, qui in Ecclesia sunt, habeant internam fidem & charitatem; sed propter externam professionem id credo: sic etiam res habet in rep. vel ciuitate. Video cives, qui in ea sunt: video externam politiam & gubernationem; sed non video internum effectum, quem quisque habet, aut habere debet. Si ergo, eo non obstante, ciuitas vel republica vera dicitur esse visibilis, cur idem de Ecclesia dici non possit? Nihil certis. Resp. i. Ecclesia Catholica simpliciter & absolute, ut est societas omnium credentium, inde ab initio ad finem mundi, non recte confertur cum rep. vel ciuitate: quia una ipsius pars est in ecclesiis, altera in terris. Et rursus Ecclesia Catholica est aeterna. Denique societas ista est mere spiritualis. At nihil horum est in rep. vel ciuitate. 2. Quia Ecclesia Catholica, ut in his terris militat, & vnde eodemque tempore consideratur, non male confertur cum rep. & ciuitate, & quidem in tribus istis tertii, ut vocant, quae Becanus commemoravit, dissciamus, an conclusio recte inferatur. Quod quidem nego. Nam de Ecclesia particulari concedimus, quod illa esse sit visibilis, atque ciuitas vel republica. Sed quæstio est, an hoc procedat de Ecclesia Catholica. Vbi necessario adhibenda est distinctio. Visibilis enim est Ecclesia Catholica, quantum ad materiam & formam externam: sed prorsus est inuisibilis quantum ad formam internam, adeoque quantum ad notas suas, quae sunt fides, spes, & charitas. 3. Sicut in ciuitate & rep. *et auctoritate & ratione*, ita in Ecclesia *in auctoritate & ratione*, recte distinguuntur. Rursus ut in rep. & ciuitate denominatio fit *auctoritate ratione*, quod est ordo virtutis, sive *et auctoritate & ratione, regulae regulae &c.* sic in Ecclesia denominatio fit *auctoritate ratione*, quod est unio & communio spiritus.

## CAP V T V:

*Impios & infideles non pertinere ad Ecclesiam Catholicam, sed solos bonos, & vera fide preditos.*

i. Sequitur disputatio de membris Ecclesiae, ex quibus illa constat. Vbi status controvrsiae in eo consilit, Vtrum reprobi, hoc est, qui vera fide ac pietate carent, si modo sub obedientia Pontificis Romani communem Ecclesiae fidem ore profiteantur, & sacramenta Ecclesiae participant, vere & re ipsa ad Catholicam Christi Ecclesiam pertineant, nec ne? Prius affirmant Papistæ posteriori nos assumimus, & discrete docemus, Ecclesiam Catholicam ex solis electis, sive bonis, veraque fide prædictis constare; particularem vero ex utrisque bonis & malis. Hanc nostram sententiam primo stabilimenti; deinde argumenta nostra vindicabimus à distinctionibus aduersariorum. Constituimus autem tres classes argumentorum. In prima sunt testimonia Scripturæ; in secunda tationes; in tertia, testimonia Patrum.

II. Primum Scriptura testimonium sumitur ex iis locis, in quibus Ecclesia ædificio comparatur. Matth. 16. 18. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferorum non superabunt eam. Eph. 2. Vers. 20. 21. 22. Superædificati super fundatum prophetarum & Apostolorum, imo angulare lapide existente Iesu Christo. In quo totum ædificium congruerter coagmentatum, crejcit ut sit templum sanctum Domino. In quo & vos una ædificamini, ut sitis domicilium Dei per Spiritum Matth. 7. vers. 24. 26. Qui audierit & facit sermones istos meos, assimilabo ipsum viro prudenti, qui ædificauit domum suam in petra. Et quisquis audierit ex me hos sermones, & eos non præstat, assimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam. 1. Petr. 2. 5. Ipsius quoque veluti viui lapides ædificati, fiant domus spiritualis. Hinc tale conficitur argumentum. Si tota Ecclesia est in petra ædificata; ita ut portæ inferorum, hoc est, machina diaboli, tyrannorum, & hereticorum non possint ipsam superare: si tota Ecclesia est ædificium, domicilium, & templum sanctum, superædificatum Christo, fundamento illi a prophetis & Apostolis positum: si Ecclesia tota est domus spiritualis, constans ex viuis lapidis: tum nulla pars Ecclesiae inquam potest excidere, & ad eam nulli pertinent, nisi qui congruenti proportione inter se coagmentati constituant hoc domicilium templumque sanctum, ita ut sint viui lapides. At verum est antecedens. Ergo & consequens: & vi consequentis ad Ecclesiam non pertinent illi, aduersus quos portæ inferorum prævalent, qui que non superædificantur Christo per doctrinam prophetarum & Apostolorum, neque sunt viui lapides domus huius spiritualis; quales sunt omnes reprobri, hypocritæ, infideles.

III. Secundum Scriptura testimonium complectitur ea loca, quæ sumuntur à similitudine capituli & membrorum. Eph. 1. 22. Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesia, que est corpus ipsius, & complementum eius, qui implet omnia in omnibus. Ephes. 4. 16. Ex quo totum corpus congruerter coagmentatum, & compactum, per omnes suppeditatas communis, ex vi intus agenti pro mensura uniuscuiusque membra, incrementum caput corpori conueniens ad sui ipsius extirctionem per charitatem. Ephes. 4. 4. Unum est corpus, & unus spiritus, Ibid. vers. 12. 13. Ad coagmentationem sanctorum, adopus ministerii, ad edificationem corporis Christi. Donec eundamus omnes in unitate fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, ad mensuram statura pleni Christi. Coloss. 2. 19. Neque obtinet caput, ex quo totum corpus, per commissuras & compages, suppeditatum & coagmentatum, augescit augmento Dei. Ephes. 5. vers. 23. 26. 27. Christus est caput Ecclesia: & iesus, qui salutem dat corpori. Ut eam sanctificaret, postquam purgasset eam lavacro aqua per verbum. Ut susteret eam sibi gloriam, id est, Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut quidquam eiusmodi, sed ut esset sancta & inculpata. Ex his locis efficitur, Ecclesiam esse corpus Christi, & huius corporis complementum; & totum corpus esse congruerter coagmetatum ex membris viuis; & corpus hoc esse sanctum uno eodemque spiritu prædictum; deniq; esse corpus purgatum, sanctificatum.

F 2

ficatum &c. At reprobri non sunt corpus Christi, non corporis huius complementum, neque membra vera & viua Christi &c.

**IV.** *Tertium Scripturae testimonium sumitur ex iis locis, vbi Ecclesia Catholica comparatur Iponsa: & Cantic. 4. 7. Tota pulchra es, amica mea, & viatum nullum est in te. Cantic. 6. per totum caput. Pulchra es amica mea &c. Pilus tuus est &c. dentes tui sunt &c. vbi pulchritudo omnium & singulorum membrorum huius sponsæ graphicæ admodum describitur. Apoc. 21. 9. Offendam tibi sponsam agni. Et v. 10. sanctam illam Hierusalem, è cœlo descendenter. Eph. 5. v. 30. 32. Quoniam sumus membra corporis eius, ex carne eius, & ex ossibus eius. Mysterium hoc magnum est. L. quo autem de Christo & Ecclesia. 2. Cor. 11. 2. Apostolus Ecclesiam appellat virginem puram. Ex his locis concluditur. Ecclesiam Catholicam totam esse formolam & pulchram, pulchritudine in hac vita partim imputata, partim inchoata, partim denique consummata in altera vita. Hæc vero pulchritudo in impiis non habet locum.*

**V.** *Quartum Scripturae testimonium est Cant. 4. 12. vbi Ecclesia comparatur horto concluso, cuius omnes plantæ fructum pretiosum ferunt. At tales fructum impii non proferunt. Quintum sumitur ex Esa. 35. 8. vbi propheta, de Ecclesia Catholicæ verba faciens, ait: Erit via, quæ via sanctitatis vocabitur, quæ non transibit pollutus. Ergo ad Ecclesiam Catholicam nulli polluti pertinent. Ita Ioh. 3. 17. Erit vobis Hierusalem sancta, & extranei non amplius per eam transibunt. Et Zach. 14. v. ult. Non erit Chananas amplius in domo lehou exercitum. Ex hac ergo domo omnes impii & impuri excluduntur.*

**VI.** *Sextum Scripturae testimonium sumitur ex iis Scripturæ locis, vbi Ecclesia appellatur domus, 1. Tim. 3. 15. domus Christi, ad quam pertinent omnes & soli, qui perseuerant, Hebr. 3. 6. cognatio sive familia filiorum Dei tam in cœlis, quam in terra, Eph. 3. 15. At impii de hac domo & familia non sunt. Quis enim dixerit, sanctos in cœlis, & reprobos in terris esse domesticos, & conseruos eiusdem familiae? Idem colligitur ex Ioh. 11. 52. vbi dicitur, mortis Christi finem fuisse, vt in unum colligeret filios Dei. At impii non sunt filii Dei. Ergo non pertinent ad congregationem, quam Christus collegit.*

**VII.** *Septimum Scripturae testimonium sumitur ex 1. Tim. 3. 15. vbi Ecclesia vocatur columna & stabilitum veritatis. At impii non sunt huiusmodi columna & stabilitum: quippe qui sunt instabiles nec veritatem constanter retinent. Vbi notetur illud Hieronymi in Ioh. 2. 6. Ecclesia, quæ est sanctorum omnium congregatio, pro æterna sibi in Domino stabilitate, columna & firmamentum veritatis dicitur. At impii huiusmodi stabilitatem non habent. Ergo impii non sunt de Ecclesia.*

**VIII.** *Octauum Scripturae testimonium ducitur ex iis locis, vbi proprietates ouium Christi, hoc est, verorum eius discipulorum, describuntur: cuiusmodi sunt, Christum vere cognoscere, vocem eius audire, præcepta ipsius seruare Ioh. 10. & 14. & 15. Luc. 11. 28. & passim alibi. Cū igitur Ecclesia Christi nihil aliud sit, quam multitudo ouium, sive discipulorum, Christi, non dubium est, quin omnes impii, infideles, hypocrites, penitus ab illa exclusi sint; quippe quibus istæ proprietates attribui non possunt.*

**IX.** *Nonum Scripturae testimonium sumitur ex iis locis, vbi diserte affirmatur, non omnes externa ratione Christo adhærentes, hoc est, verbum Dei audientes, fidem ore profientes, sacramentis Ecclesiæ vtentes; sed tantum vere credentes, & Spiritu Christi præditos, pro germanis Ecclesiæ membris apud Deum haberet: vt Matth. 7. Nunquam noui vos. Rom. 2. Non qui in protapulo Iudæus est. Rom. 8. Qui Spiritum Christi non habet, non est eius. Ergo hos tales Christus pro membris suis non agnoscit; & proinde ad communionem vera Ecclesiæ nequaquam pertinent.*

**X.** *Decimum Scripturae testimonium sumitur ex iis locis, vbi diserte negatur, impios aut incredulos, ullam cum Christo, ac proinde cum vera eius Ecclesia, communionem habere: vt, 2. Cor. 6. Quod consortium est iustitiae cu in iuñititia. 1. Ioh. 1. Si in luce ambulamus, communionem cum eo habemus. Et c. 2. Qui dicit, nouicium, & non seruat præcepta eius, hic mendax est. Et c. 3. Qui peccatum facit, non nouit eum. Et c. 5. Qui credit Iesum esse Christum, hic natus est ex Deo &c. Ergo soli credentes & renati Eccesiæ Christi constituant; nec ulli increduli aut reprobis ad eam vere pertinent.*

**XI.** *Vndecimum Scripturae testimonium ducitur à beneficiis Ecclesiæ propriis, seu ab ipsius priuilegiis: qualia sunt, regeneratione, iustificatio, & salus æterna. Hæc enim omnibus & singulis Ecclesiæ ciuibus re ipsa contingunt. Eph. 5. Christus est seruator sui corporis. Ibid. Tradidit se ipsum pro Ecclesia, vt eam sanctificaret &c. Ioh. 3. Ut omnis qui credit in eum, non pereat. Et c. 15. Ego vitis, vos palmitæ. 1. Cor. 5. Si quis est in Christo, est noua creatura. At vero impii & infideles nunquam reuera hæc beneficia percipiunt. Duodecimum Scripturae testimonium sumitur ex 1. Ioh. 2. 19. E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. Ergo reprobis, sive sunt hypocrites, sive heretici, &c. non sunt membra Ecclesiæ. Decimum tertium Scripturae testimonium sumitur ex insigni illa allegoria Gal. 4. de duabus Abrahami uxoribus, & dissimilibus earum filiis. Vbi Apostolus tandem concludit, cœlestem Hierosolymam, id est, Catholicam Christi Ecclesiæ, esse omnium nostrum, quicumque secundum spiritum ex Abrahamo prognati sumus.*

**XII.** *Atque hæc è Scripturis adduxisse sufficiat. Iam sequitur secunda classis argumentorum, in qua breuiter repræsentamus rationes principias nostræ sententiae. 1. Ecclesia Catholicæ duabus integratur partibus, triumphante scilicet, & militante. In Ecclesia triumphante sunt soli boni: vt omnes concedunt. In militante similiter sunt soli boni: vt patet ex ipsius definitione, quæ in Catechismo Tridentino, in expositione symboli, est eiusmodi: Ecclesia militans est, quæ cum immanissimis hostibus, Sarana, carne, & mundo, perpetuum bellum gerit. At nulli nisi boni, non vero reprobis, hoc bellum gerunt. 2. Ecclesia Catholicæ est sancta, sanctitate imputata & inhærente. Ergo omnes, qui ad Ecclesiæ pertinent, sanctitate sunt prædicti: qui vero sanctitate carent, ad Ecclesiæ non pertinent. 3. Ecclesia est corpus Christi. At impii non sunt corpus Christi. Ergo 4. Christus est caput Ecclesiæ & omnium eius partium. Atqui Christus non est caput impiorum & reproborum. Ergo impii & reprobis non sunt partes Ecclesiæ. 5. Vera membra Ecclesiæ sunt oues Christi, & illius discipuli. At impii non sunt oues Christi: quia sunt hœdi. 6. Qui Christo plane contrarius est, sive palam & aperte, sive occulte fitalis, non potest esse verum Christi membra. Atqui omnes Ecclesiæ ciues sunt vera & viua membra Christi: cum Ecclesia ipsa nihil aliud sit, quam viuum & mysticum Christi corpus, quod ipse spiritu suo*

perpetuo animata gubernat. 7. Qui ad regnum & corpus diaboli pertinent, iad Ecclesiæ Catholicæ, seu regnum & corpus Christi non pertinent. Sed impii pertinent ad regnum & corpus diaboli. E. 8. Nulli sunt filii Ecclesiæ matris, nisi qui sunt filii Dei Patris, vt eleganter docet Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ. At impii non sunt filii Dei Patris: quia sunt filii Satanæ Iohan. 8.

**XIII.** *Tertia classis argumentorum colligit testimonia Patrum, Scholastorum, & ipsorum metaduersariorum. Cyprianus epist. 49. ait, Christi & Ecclesiæ unitatem individus nexibus cohædere. Idem epist. 55. ait, Ecclesiæ, quæ in Christum credit, & quæ semel id quod cognoverit, tenet, nunquam ab eo omnino discedere: & eos esse Ecclesiæ, qui in domo Dei permanent: plantationem vero a Deo Patre plantatam non esse, quos videmus non frumenti stabilitate solidari, sed tanquam paleas dissipantis inimici spiritu ventilar. Hieron. super Eph. 5. Qui peccator est, & aliqua forde maculatus, de Ecclesiæ Christi non potest appellari. Epiphanius in heres. 35. Vna est columba mea, vna perfectione mea: hoc est, ipsa sancta sponsa, & Catholicæ Ecclesiæ. Subiungit rationem, quare columba dicatur, propter mansuetudinem, innocentiamque, ac virtutem puritatem. Ambrosius in Psal. 35. Sicut sancti sunt membra Christi: ita impii sunt membra diaboli. Augustinus contra Crescendum lib. 2. c. 21. Ac per hoc etiam nesciente Ecclesia, propter malam pollutamque conscientiam damnata à Christo, iam in corpore Christi non sunt, quod est Ecclesia: quoniam non potest Christus habere membra damnata. Idem in baptismo lib. 7. c. 51. Omnibus consideratis, puto me non temere dicere, alios ita esse in domo Dei, vt ipsi etiam sint eadem domus Dei, quæ dicitur aedificari super petram; quæ vna columba appellatur, quæ sponsa pulchra, sine macula & ruga, hortus conclusus, fons signatus, puteus aqua viua, paradisus cum fructu pomorum &c. alios autem ita constat esse in domo, vt non pertineant ad compaginem domus, nec ad societatem fructiferæ pacifice & que iustitiae, sed sicut esse palea dicitur in frumentis. Plura ex Augustino vide apud Withakerum nostrum. Hugo de S. Victore lib. 2. de sacramentis cap. 2. Ecclesia sancta corpus est Christi, vno spiritu viuificata, vna fide, vna, & sanctificata. Idem cap. 1. Qui non habet spiritum Christi, non est membrum Christi. In corpore vno Spiritus unus. Nihil in corpore mortuum: nihil extra corpus, viuum. Bernhardus serm. in cantica. 78. sponsam interpretatur Ecclesiæ electorum. Lombardus lib. 1. dist. 37. Illud templo Dei non pertinent, qui cognoscentes Deum, non sicut Deum, glorificant. Albertus Magnus in Matib. 2. 6. De multis fidelibus, à peccato depuratis, vna sit Ecclesia. Anselmus in 1. Cor. 10. Quemadmodum vnu panis ex multis granis, & vnu corpus ex multis membris componitur: ita Ecclesia Christi ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Contilium VVoratiense in prefat. Ecclesiæ Catholicæ, pretio suis sanguinis redemptam, cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Decret. part. 2. cauf. 2. 4. quæst. 3. cap. 8. Ad Ecclesiæ non pertinent illi, qui in eius unitate corporaliter misiti, per pessimam vitam separantur. Rursum cauf. 33. quæst. 3. dist. 1. de penit. c. 70. Qui peccator est & aliqua forde maculatus, de Ecclesia Christi appellari non potest. Johannes de Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, part. 2. cap. 20. afferit, illos, qui sidem internaque gratiam non habent, ad Ecclesiæ non pertinent.*

**XIV.** *Iam examinemus aduersariorum exceptiones: quas inter palmaria & generalis est illa Bellarmi de duplicitibus Christi ouibus, seu Ecclesiæ membris, quæ hoc modo distinguunt. Primo facit discrimen inter Ecclesiæ membra vera, & viua: quasi reprobis sint quidem vera Ecclesiæ membra, sed non viua, hoc est, quasi essentialia membra corporis Christi, sed tamen arida sint, & mortua: quomodo manus arida est membrum corporis humani. Deinde distinguunt inter quæ Christi, quæ aetu tales sunt, vel tantum potentia. Tertio distinguunt inter oues Christi, quæ vel respectu praesentis iustitiae, vel respectu futuræ ac finalis persecuentiarum, tales dicuntur, sive quæ (vt ipse loquitur) vel veritate solius formæ, vel veritate formæ ac finis simul, Ecclesiæ membra censentur.*

**XV.** *Atqui nulla harum distinctionum efficere potest, vt reprobis censentur membra Ecclesiæ Catholicæ. Non prima: quia blasphemum, & Christo simili, eiusque vera Ecclesia proflus indignum est, arida & mortua membra, vel illi, vel huic vnam attribuere: cum corpus hoc totum viuum, mysticum, & spirituale sit; eiusque membra omnia capiti suo Christo homogenea sint, hoc est, eodem spiritu vegetentur, ac viuificantur. Quod etiam alii Pontificii (præsertim Melchior Canus in locis theologicis lib. 4. cap. vult.) distinxerunt. Non secunda: quia controversia est non de iis, qui Ecclesiæ ciues membraque esse possunt; sed de iis, qui iam aetu & re ipsa sunt. Sic v.g. Paulus persecutor non fuit ouis Christi aetu, sed lupus. Neque tamen ideo fuit reprobis, aut membrum diaboli. Hic autem quæstio mouetur de reprobis, an illi possint censeri membra Ecclesiæ. Non tercia: quia veritas finis hic non nisi consequenter & secundario spectanda est, quod sola veritas formæ primo & per se sufficiat. Imo & veritas finis in hoc negotio à veritate formæ dependet, iuxta illud 1. Iohann. 2. Si fuiscent ex nobis, vtique nobiscum manifissent.*

**XVI.** *Speciales Bellarmi exceptiones ira habent. 1. Ad locum Ioh. 10. quod oues Christi audiant vocem ipsius, responderet, oues aliquando in Scripturis promiscue sumi pro bonis & malis, vt cum Christus Petrus dicit, Pascoues meas, aliquando vero pro prædestinatis tantum, vt Ioh. 10. Resp. Sufficiunt, quod fateatur prædicto Iohannis loco, prædestinatos tantum per oues intelligi debere. Sequitur enim codem cap. vers. 16. Fietque vnu grec, & vnu pastor. Quapropter si oues in grege tantum fuerint, & prædestinati tantum oues sint, tum prædestinati tantum ad gregem pertinent. 2. Ad locum, 1. Iohann. 2. E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis, responderet. Etsi non erant ex nobis, hoc est: de Ecclesia, animis & voluntate, ex nobis tamen erant externa professione. Respondebat. At hoc est contradicere Apostolo, qui ait simpliciter, Non erant ex nobis, Bellarminus contra. Aliquo modo erat ex nobis. Apostolus negat, Bellarminus affirmit. Deinde hic non agitur de externa professione, sed de rei veritate: non de communione externa, sed de interna. 3. Ad loca, vbi Christus dicitur esse caput totius corporis, excipit, quod quædam membra huius corporis sint desirata esse membra Christi, & in æternum peritura.*

*Respondet. Sed hoc dicitur ἡ περὶ τὴν φῦσιν. Nam membra Christi, quæ talia sunt καὶ ἀποτελοῦσσαι, semper sunt ipsius membra: vt pote quæ ille sibi acquisiuit, inseruit, sanctificauit. 4. Ad loca, vbi filii Dei dicuntur constitutere Ecclesiæ,*

*excipit.*

excipit, filios Dei dici vel respectu praesentis iustitiae, vel respectu praedestinationis diuinæ. *Resp.* At sermo est de filiis Dei, qui oīl sunt tales, iure redemtionis; de quibus Apostolus Rom. 8. 17. ait: Si filii Dei, etiam hæredes. Quod attinet ad statum praesentis iustitiae, ille tantum est externa apparen-  
tia: quia vera iustitia perdurat in vitam æternam.

## C A P. VI.

*Sententia Papistarum confutatur, quod impii etiam pertineant ad Ecclesiam Catholicam.*

I. Affirmant Papistæ, non tantum electos, sed ipsos quoque reprobos ad Ecclesiam Catholicam pertinere, veraque illius membra esse posse, *Bellar. lib. 3. de Eccles. c. 7.* Quæ opinio nititur illa hypotheci, nullam internam gratiam aut virtutem in membris Ecclesiæ requiri, sed publicam solum externamque professionem, *Bellar. d. l. c. 2.* Hinc *Rhemer. es annot. in Iohann. 15. sed. 1.* auct. impios & reprobatos, in publica Ecclesiæ professione remanentes, vera corporis Christi membra existere. Quam sententiam Bellarminus confirmat ex Scripturis, Patribus, & ratione. Atque hæc est thesos, siue sententia generalis. Cui Bellarminus cap. 9. & 10. subiungit hypothesis de magnis peccatoribus, & infidelibus occultis, probatque illos etiam esse in Ecclesia Catholicæ. Thesos videamus primo loco, eiusque triplicem probationem.

II. *Argumenta thesos ex Scripturis* reuocari possunt ad tres ordines. In primo ordine sunt parabolæ; in secundo alia testimonia; in tertio exempla. Vbi nos per quadruplicem distinctionem respondemus ad omnia fere huius classis argumenta. Primo enim distinguimus inter Ecclesiam Christi veram, sed internam, & inuisibilē, quæ tota ex electis, seu vere creditibus constat; & Ecclesiam Christi veram, sed externam, & visibilem, quæ multis saepe reprobos admixtos habet. Illa est vera, propter veram fidem, qua prædicti sunt ipsi ciues: hæc est vera, propter veræ doctrinæ professionem. Deinde distinguimus inter Ecclesiam Catholicam & particularem; quod in illa sint soli boni, in hac boni & mali. Tertio, totum externæ ac visibilis Ecclesiæ corpus, siue systema, à quibusdam ipsius singularibus & paucis membris, distinguimus: cum non continuo vniuersæ Ecclesiæ competat, quidquid his, vel illis, eiūdēm externis membris, hoc est, communis fidei profectoribus, attribui solet. Quarta nostra distinctio est inter canonem siue iudicium charitatis & fidei. Tametsi enim ex iudicio charitatis (quæ omnia credit, sperat &c. 1. Cor. 13.) multi hypocritæ, quamdiu fidem Christi profitentur, pro Christi membris & oībus habentur: fides tamen, ex ipso Dei verbo edicta, nullum hypocritam, aut incredulum, aut improbum, quamdiu talis esse perfuerat, ad essentiam mystici corporis Christi pertinere, probissime nouit. Quibus ita præmissis, ad solutionum argumentorum, & quidem primæ classis, accingamur.

III. *Testimonia Scriptura ex parabolis desumpta* ita declarant Ecclesiæ naturam, vt impios etiam ad illam pertinere, non obscure significetur. Et primo quidem Ecclesia Matth. 3. 12. comparatur area, paleas siue triticum continent. Deinde Matth. 13. 47. Ecclesia comparatur reti siue sagena, bonos siue putres pisces comprehendenti. Tertio Matth. 22. vers. 1. & seqq. Ecclesia comparatur coniuio nuptiali, in quo non omnes coniuixi electi, seu veste nuptiali amicti sunt. Quarto Matth. 25. vi. & seqq. Ecclesia comparatur cœtu virginum, partim prudentiū, partim fatuarum. Denique Matth. 25. v. 31. 33. Ecclesia cōparatur ouili, in quo sunt oues & hœdi, hoc est, electi & reprobri, vt ipse Dominus explicat. Ex quibus appareat, etiam impios & infideles, ad Ecclesiam vere pertinere, si modo fidem eius profiteantur. *Respondendo primo in genere.* Similitudines istæ non declarant naturam & essentiam Ecclesiæ Catholicæ (quod aduersarius presupponit) sed tantum externum quoddam ipsius accidentem. Itaque referenda sunt ad externum cœtum eorum omnium, qui per Euangeliæ predicationem ad Christum aliquatenus vocantur, & fidem quoquo modo profitentur. Nihil autem verat, quo minus in eiusmodi cœtu multi sint reprobri, qui tamen ad essentiam veræ & internæ Ecclesiæ Christi minime pertineant. Nihil ergo contra nos faciunt parabolæ allatae. Debuit enim probare Bellarminus, in Ecclesia Catholicæ esse tam reprobos, quam electos. Hoc vt probaret, afferat has parabolæ, quæ non loquuntur de Ecclesia Catholicæ & inuisibili, sed de particuliari & visibili, in qua nos fatemur tam malos, quam bonos esse, & plerumque plures malos, quam bonos. Sed isti mali ad Ecclesiam Catholicam non pertinent. Hinc impi dicunt esse in Ecclesia, non vero de Ecclesia. *Deinde in specie respondendo ad parabolam quintam, Ecclesiæ Catholicæ in Scripturis nulquam comparari ouili, in quo & hœdi, & oues sunt; sed ouili, in quo oues tantum sunt, Iohann. 10.*

IV. *Testimonia Scriptura ex aliis locis desumpta*, apud Bellarminum sunt tria, duopriora, cap. 7. tertium cap. 10. Primo itaque producit illud 1. Cor. 5. v. 3. 4. s. vbi Apostolus iubet incestuosum expelli de Ecclesia, & tamen non poterat illum facere reprobum ex prædestinato, imo nec volebat: nam elecit illum, vt humiliatus rediret. Quare in Ecclesia aliqui mali sunt, & extra Ecclesiæ aliqui boni. Deinde 2. Tim. 2. 20. per domum intelligitur Ecclesia: per vas in gloriam, quæ sunt in illa domo, intelliguntur electi, per vas in contumeliam, reprobri. Tertio Ecclesia comparatur corpori 1. Cor. 12. 12. Vt autem in corpore quædam partes sunt, quæ neque sensum, neque vitam habent: sic in Ecclesia quædam membra sunt, quæ neque fidem, neque charitatem habent, quæ vita est Ecclesia. Ergo impii vera Ecclesiæ membra esse possunt. *Rhemer. es ita argumētantur.* Quemadmodum in vinearum in fructuosi esse possunt: ita mali membra Ecclesiæ esse possunt, *Annotat. in Ioh. 15. sed. 1.* Omnes palmitem in me fructum non ferentem, tollit Pater, inquit Christus. Ergo in Christo palmites in fructuosi esse possunt.

V. *Respond. ad 1.* Paulus voluit incestuosum illum eiici ex Ecclesia particuliari, puta Corinthiorum, non vt auelleretur ab Ecclesia Catholicæ (ex illa enim nemo eiici potest) sed vt hoc modo ad peccati agnitionem & fugam adduceretur, atque ita fieret ipso actu membrum Ecclesiæ Catholicæ. ad 2. Per magnâ illâ domum, in qua sunt vasa in gloriâ & contumeliam, intelliguntur Ecclesiæ particuliæ, sparsæ per totū terrarū orbem, in quibus sunt boni

Tom. V.

& mali. ad 3. Non vt in corpore humano possunt esse membra sensu vitaque destituta, vt in paraliticis: ita quoq; in corpore Christi mystico. Illud enim est totum homogeneum, quod semper vegetatur spiritu Christi, & quidem vel actu primo taetum, vel actu primo & secundo simul. ad 4. Non vt in vite possunt esse palmites exsucci & infrugiferi: sic quoque in Christo possunt esse infideles; ob causam modo dictam. ad 3. & 4. simul. Sicut, quidquid in corpore est, nullam vitam sensumque recipiens a corpore, proprie corporis pars non est, quantumvis arcte corpori adhaerere videatur: & rursus, Sicut, quidquid in vite est, nullum succum recipiens à vite, proprie viti pars non est, quantumvis arcte viti adhaerere videatur: sic impii, etiæ sunt in Ecclesia externa, tamen quia non sunt participes vita illius spiritualis per Christum, Ecclesiæ interna membra iudicandi non sunt.

VI. Nunc videamus exempla Pauli & Iude, quæ adducit Bellarminus *DéPaulo* sic ratiocinatur. Iohannes Hus dicebat, Paulum semper fuisse de Ecclesia. Ipse autem Paulus 1. Tim. 1. Gal. 1. 1. Cor. 15. affirmat, se persecutum esse Ecclesiæ Dei; & idem de eo affirmat Lucas Act. 9. Quare igitur, vel illa Ecclesia, quam Paulus persequebatur, erat vera Dei Ecclesia, vel non: si vera, igitur Paulus non fuit aliquando membrum vera Ecclesia. Quomodo enim erat de illa Ecclesia, quam totis viribus oppugnabat: si non erat vera illa Ecclesia, ergo mentiuntur Paulus & Lucas, cum eam absolute Ecclesiæ Dei vocant. *Respond.* Paulus semper fuit de Ecclesia, secundum prædestinationem & consilium Dei, & quidem actu (nam in Deo potentia esse quid dixeris?) sed secundum vocacionem, siue internam, siue externam, non semper fuit de Ecclesia, sed tum cœpit esse, quando teipsa fuit vocatus. Ethoc vult *Augustinus* /erm. 1. de conversione Pauli, quando ait, Paulum etiæ prædestinationem, tamē lupum ante fuisse, quam orem. Nimurum non erat actu in se ovis, aut filius Dei, aut membrum Ecclesiæ: sed actu erat in Deo & Christo talis, potentia in se. *DéIuda* sic argumentatur noster Cardinalis. Iohannes Hus dicebat, Iudam nunquam fuisse de Ecclesia. Iudas enim reprobus erat, vt patet ex Act. 1. Sed illum fuisse de Ecclesia constat ex eodem cap. vbi dicitur fuisse Apostolus ex duodecim, & episcopus vocatus à propheta David, Psal. 108. Que non possunt esse vera, nisi aliquando de Ecclesia fuerit. *Respond.* Hus id voluit, Iudam nunquam fuisse de Ecclesia Catholicæ & interna. Bellarminus probat illum fuisse in Ecclesia particuliari & externa. Hinc *Augustinus tract. 61. in Iohannem* eleganter ait, Iudam unum fuisse ex Apostolis, commixtione corporali, non vinculo spirituali: carnis adiunctione, non cordis unitate.

VII. Sequuntur testimonia Patrum, quæ Bellarminus adducit numero duo. Primum ex Cypriano l. 3. epist. 3. & lib. 4. epist. 2. qui apertissime docet, in eadem Ecclesia esse triticum & zizania, vasa auræ & lignea, cum certum sit, zizania comburenda, & lignea vasa esse in contumeliam. Alterum testimoniū est ex Augustino tract. 45. in Iohannem. Secundum præscientiam & prædestinationem, quam multæ oves foris, quam multi lupi intus? Quibus verbis prædestinatos multos dicit esse extra Ecclesiæ, & reprobos multos intra Ecclesiæ. Quod idem repetit lib. 2. contra Cresconium cap. 34. *Respondendo ad 1.* Cyprianus loquitur de Ecclesiæ particularibus, pura Carthaginensi & Romana. In iis vero bonos & malos esse permixtos diferte concedimus. ad 2. Multi prædestinati, siue oves, sunt extra Ecclesiæ, quatenus actu nondum sunt vocati. Rursus multi reprobri sunt intra Ecclesiæ externam & particularem.

VIII. Rationes duas pro sua sententia adferit Bellarminus: quibus adiicimus tertiam ex episcopo Ciciletrensi. Primo. Si sola prædestination facit hominem esse de Ecclesia, cum sequetur, Turcas, Iudæos, hæreticos, & quoslibet impios, si prædestinati sint, nunc esse de Ecclesia, & viua Christi membra: & contra quoslibet sanctos, & pios baptizatos, si non sint prædestinati, non esse de Ecclesia, neque de corpore Christi. Vtrumque autem est falsissimum. Secundo. Sioli prædestinati, siue electi, iusti, & sancti, ad Ecclesiæ Dei pertinerent, tum nullum de Ecclesiæ certum & infallibile iudicium esse posset: neque eius autoritas in docendo, arguendo &c. per prælatos Ecclesiæ inquam recte exerceri posset. Siquidem semper incerti esseamus, quinam vere iusti aut electi sint, ac proinde quibus verbum Dei applicandum sit. Ne-  
mo sanctificatione cognoverit fratres suos, & nec pastores cognoscenter oves, nec ab illis cognoscuntur. Ergo necesse est, omnes veram fidem profientes, ad Ecclesiæ confortium pertinere. Ter. 10. Una tantum est Ecclesia. At impii, qui extine Christum profitentur, sunt membra Ecclesiæ. Ergo huius unius Catholicæ Ecclesiæ. *Respond. ad 1.* Sola prædestination non facit, vt aliquis sit actu membrum Ecclesiæ: sed ad hoc requiritur vocatio. Quare prius illud membrum non sequitur ex nostra sententia. Nam vt Turcae, impi, hæretici &c. qui sunt prædestinati, actu incipient esse in Ecclesia Catholicæ, ad hoc requiritur vocatio, adeoq; iustificatione & sanctificatione. Posterius membrum recte deducitur ex nostra sententia. Nam omnes sancti & pii, qui sunt tales professione tantum externa, sunt alieni ab Ecclesia Catholicæ & inuisibili. ad 2. Iudicium de externa Ecclesiæ tamdiu certum est, quamdiu in pastoribus simul & populo conspicuntur duæ illæ notæ, verbi Dei pura prædicatio, & legitima sacramentorum administratio. Itaque nihil eorum incommodorum lequitur, quæ Bellarminus nobis obiicit. Nam Ecclesiæ particuliæ non constant ex solis prædestinatis. ad 3. Una est Ecclesia Catholicæ & interna: cui adiuncta est Ecclesia externa, imo & malignans, vt patet in Caino & Abele, Petro & Iuda.

IX. Hucusque est thesos, videlicet impios, profitentes fidem Christi, esse in Ecclesia Catholicæ: sequitur hypothesis, caue partim de magnis peccatoribus, partim de infidelibus occultis: quos vtroque Bellarminus etiam contendit esse in Catholicæ Christi Ecclesiæ. Demagnis peccatoribus, & illis quidem non occultis tantum, sed etiam manifestis, tribus argumentorum generibus probat illos esse in Ecclesia Catholicæ. Et primo quidem adferit testimonia Scriptura: vbi primo loco repetit parabolæ de area, de reti, de coniuio nuptiali, de decem virginibus, & de ouili. Has parabolæ probare ait, magnos peccatores esse in Ecclesia, & addit, Catholicos oīli his vlos esse contra Donatistas, quibus illi ita labefactati sunt, vt ne verbum quidem respondere potuerint. Deinde ex Matth. 18. probat, in Ecclesia esse fratres, qui peccant, & ita peccant, vt non admittant fraternalis admonitiones. Tertio ex Matth. 23: probat, pastores malos, qui recte quidem docent, sed male vivunt, esse de Ecclesia. Quarto ex 1. Cor. 1. & seqq. cap. probat, in Ecclesia Corinthiorum fuisse magnos peccatores, puta

contentiosos, incestuos &c. *Quinto* per inductionem probat omni tempore in V. & N. T. gratissima peccata fuille in populo Dei. Atque haec est prima classis argumentorum. In secunda adserit testimonium Ecclesia Catholica, quae fuit tempore Augustini. Erat illo tempore collatio inter 306. Catholicos episcopos, quorum Augustinus ipse unus erat, & 296. episcopos Donatistas. In ista collatione Donatistæ coacti sunt fateri, esse in Ecclesia bonos & malos; quod Ecclesia comparetur reti, malos & bonos pisces congreganti, & areæ, in qua magis apparet palea quam frumentum. In tercia classe recitat testimonia Patrum, qui omnes uno ore docent, in Ecclesia esse bonos & malos. Nam *Cyprianus lib. 3. epist. 3.* ait, in Ecclesia esse zizania. *Nazianzenus orat. 1. apologetica* Ecclesiam comparat ingenti bellua, quæ ex variis bestiis sit confusa. *Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio* multis perficitur peccata eorum, qui ab episcopis reguntur. *Hieronymus dialogo contra Luciferanos* ait, ut in arca Noe fuerunt omnis generis animalia, v.g. lupus & agnus: sic in Ecclesia esse iustos & peccatores. *Augustinus tract. in Iohann. 6. & alibi* ait, & bonos & malos esse in Ecclesia Catholica, tanquam grana & paleas &c.

X. Haec sunt argumenta numero multa: quibus vnum responsum conuenit. Peccant nempe omnia homonymia, & ignoratione elenchi. Nos enim concedimus de Ecclesiis particularibus, quæ fidem Catholicam profitentur, secundum rationem externam ipsarum, bonos & malos ibi permixtos esse. Quamobrem argumenta Bellarmini nihil ad nos, qui annuimus & deploramus etiam magnos peccatores hac ratione in Ecclesia esse. In qua si non essent, frustra de correctione & excommunicatione graui illorum ageretur. Verum enim vero ne nihil respondisse videamur, age certis aphorismis summa quædam capita responsionum complectamur. 1. Ecclesia Catholica sumitur dupliter vel pro tota Ecclesia, quæ est corpus Christi, interna & externa ratione, quemadmodum à nobis in hac questione sumitur: vel pro particularibus Ecclesiis omnibus, quæ fidem Catholicam profitentur. Priori modo soli boni sunt in Ecclesia Catholica: posteriori, mali sunt cum bonis, externa societate, non interna coniunctione. 2. Parabolæ allatae Donatistas refellunt fortissime, quia illi particulares Ecclesiæ iactabant constare solis sanctis. Nos vero ne attingunt quidem: quia distinguimus externam Ecclesiæ rationem ab interna. 3. Testimonia Scripturæ & Patrum loquuntur de particularibus Ecclesiis. 4. Ecclesiæ particulars, in quibus sunt multi magni peccatores, appellantur Ecclesiæ duabus de causis. Primo, quia res ferre soleant appellari ex parte meliore: quomodo vini dolium appellamus, in quo tamen multum facis inesse nouimus. Deinde, quia lex charitatis iubet nos bene iudicare & sperare de omnibus, qui religionem Christi profitentur, etiæ peccant aliquando, & valde peccant. 5. Ecclesia Catholica etiæ constat ex particularibus Ecclesiis: non tamen constat ex iis omnibus, qui sunt in particularibus Ecclesiis, sed ex solis bonis.

XI. Confutatis argumentis, quibus Bellarminus probare instituit, magnos peccatores esse in Ecclesia Catholica: videamus argumenta nostra, quibus probatur non esse. Habemus autem & nos partim Scripturae testimonia, partim rationes, partim denique dicta Patrum. *Testimonia Scripturae sunt tria.* Primum est *Esa. 52. 11.* Recedite, recedite, exite inde, nolite pollutum tangere: exite de medio eius. *Quem locum* Apostolus 2. *Cor. 6. 17.* exponit, & addit: Et ego recipiam vos, inquit Dominus: & ero vobis in Patriæ, & vos eritis mihi in filios & filias. Vnde colligere est, Ecclesiam Catholica constare ex filiis Dei, qui se separant à mundo, id est, ab impiis, siue sunt in Ecclesiæ particularibus, siue extra illas. Secundum est *Cor. 10. 17.* Vnus panis, vnus corpus multi sumus. Ex quo loco sic ratiocinamur. Panis fit ex frumento, non ex paleis: neque ex frumento vna cum paleis, sed ex solo frumento. Ergo Ecclesia Catholica, quæ panis hoc loco comparatur, ex solis bonis constat. Tertium est *Rom. 8. 9.* Qui non habet Spiritum Christi, non est eius. & *1. Cor. 12. 13.* Vno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Hinc efficitur, eos qui spiritu Christi carent (quales sunt magni peccatores) non pertinere ad Christum, & proinde nec ad Ecclesiam Christi. Inter rationes nostras illa eminet. Qui habet Ecclesiam matrem, habet Deum Patrem. At magni peccatores non habent Deum Patrem. Ergo nec Ecclesiam matrem. *Testimonia Patrum* multa possunt adduci, nempe omnia illa, quæ cap. præced. commemo- rauimus. Sed hoc loco crimus contenti duobus istis. *Augustinus lib. de unit. Ecclesiæ. 12. ait:* impias turbas Ecclesiæ, in Ecclesia non deputari. *Idem lib. contra literas Petilianæ. 118.* sic scribit. Non ideo putandi sunt (loquitur de fornicatoribus, immundis, hæreticis &c.) esse in corpore Christi, quod est Ecclesia; quia sacramentum eius corporaliter participes sunt. Illa enim & in talibus sancta sunt &c. Ipsi autem non sunt in illa Ecclesia Christi compage, quæ in membris Christi per connexum & contactum crescit in incrementum Dei.

XII. Restat ut diluamus argumenta, quibus Bellarminus probat, occultos infideles, id est, illos, qui nec fidem internam, nec villam Christianam virtutem habent, sed externe tantum, propter temporale aliquid commodum, fidem Catholicam profitentur, pertinere ad Ecclesiam Catholicam, hoc est, esse Catholicos non-catholicos. Hanc paradoxam sententiam probat ex Scripturis, Patribus, & ratione. Ex Scripturis adducit locū 1. *Ioh. 2.* E nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Hinc probatur, hæreticos occultos, quos Apostolus dicit. Antichristos vocat, non est de Ecclesia, animo ac voluntate, sed tantum externa professione. Non enim potuerint exire ex Ecclesia, si in illa non fuissent. *Reff.* Ethicæ est perpetua homonymia, atq; ignoratio elenchi, quæ paulo ante §. 10. ostendimus. Nimirum occulti infideles sunt in Ecclesia particulari & externa: non sunt in Catholicæ & interna. Itaque ex illa, non ex hac exierunt. Ex Patribus haec summatim adducit. *Origines homil. 21. in Ioh.* scribit, Iebusæos semper futuros esse in Hierusalem, hoc est, hæreticos in Ecclesia. *Augustinus lib. 3. de baptismō contra Donatistas. c. 19.* fatetur eos, qui fraternalæ charitatis inimici sunt, siue aperte foris sunt, siue intus est, videantur, pseudochristianos & antichristianos esse. *Idem lib. 4. contra Donatistas. c. 10.* ait, multa est frumenta foris, & multa zizania intus. *Reff.* Hæretici, pseudochristiani & c. sepe sunt in Ecclesia particulari & externa. Sed hoc nihil ad rem. Deinde multi, qui ex prædestinatione Dei pertinent ad Ecclesiam nondum sunt in illa, quantum ad vocationem. Et multi, qui in Ecclesia versantur quantum ad externam vitam, non sunt de Ecclesia, quantum ad fidem, spem, & charitatem. Rationes has adducit. 1. Hæreticus occultus potest habere autoritatem & iurisdictiōnem in Ecclesiæ. Ergo est de Ecclesia. *Reff.* Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum, ut loquitur Hieronymus, id est, non facit ut aliquis sit membrum Ecclesiæ Catholicæ: etiæ interim est membrum Ecclesiæ secundum externam rationem. 2. Ecclesia est similis corpori humano. Corpus autem humanum

varias habet partes; quarum quædam viuunt, & sentiunt; quædam viuunt, sed non sentiunt; quædam nec viuunt, nec sentiunt. Similiter se habet in Ecclesia. Quidam fidem & charitatem habent, quidam solam fidem, quidam ne ipsam quidem fidem, sed externam duxat coniunctionem. *Reff.* Ecclesia Catholicæ & interna est similis corpori humano, propter varietatem, & unionem internam, & communionem, quæ perinde cernitur inter fideles & membra corporis. Ecclesia particularis & externa est similis corpori humano, propter varietatem officiorum, & unitatem membrorum externam. Itaque soli electi sunt membra Ecclesiæ Catholicæ, secundum rationem & formam internam. At omnes fidem profitentes sunt membra Ecclesiæ secundum externam & communem ipsius rationem. Sunt, inquam, membra Ecclesiæ Catholicæ materialia. Sed hic disputatur de formalis ratione. Atque hoc modo negamus, vnum esse corporis humani, & corporis mystici, hoc est, Ecclesia, quod vivat, & non sentiat: multo minus, quod nec vivat, nec sentiat. Nam si est membrum, est viuum. Est autem vita duplex, ut est gemina Ecclesiæ ratio. Nam in Ecclesia externa est vita fidei historicæ, vel temporarie: in interna, est vita fidei salutificæ. Quanquam, vita illa prior respectu posterioris vita dici non meretur. Sed paucis. Ecclesia Catholicæ est corpus Christi, cuius membra viuunt per Spiritum Christi, & proinde non possunt esse arida vel mortua.

## CAPVT VII.

*Quosdam non baptizatos pertinere ad Ecclesiam Catholicam.*

I. *Vestio illa, Ex quibus hominibus constet Ecclesia Catholicæ, subdicitur in capita certa, ex quibus alia sunt præcipua, alia minus præcipua. Præcipua rursus tractantur* *neq; vobis* vt, An Ecclesia constet ex electis & reprobis: vel *xag; vobis* vt, An Ecclesia constet ex magnis & notoriis peccatoribus, itemque ex infidelibus occultis. Et haec expediuitus duobus superioribus capitibus. Supersunt minus præcipua, numero tria, de non-baptizatis, de catechumenis, & excommunicatis. Quæ Bellarminus priori loco tractauit, nos posteriori iam tractanda suscipimus; & quidem distincte de non-baptizatis & catechumenis: quia multi non-baptizati non sunt catechumeni, & nostri hodie catechumeni fere sunt baptizati.

II. Non-baptizatorum duo sunt genera. Alii sunt non-Christiani, quos Apostolus 1. *Cor. 5. 12.* vocat *neq; vobis*, qui aut nullam religionem, aut certe non Christianam amplectuntur: vt sunt omnes gentiles, & Iudei. Hos est extra Ecclesiam nemo Christianus dubitat. Ideo enim ab Apostolo vocatur *neq; vobis*. Alii sunt Christiani, & quidem vel professione tantum, vel insuper etiam vocatione interna. Piores illi sunt in Ecclesia particulari & visibili: posteriores isti sunt membra Ecclesiæ Catholicæ & inuisibilis. Rursus Christiani non-baptizati sunt vel infantes, vel adulti. Et infantes aut sunt electi, aut non. Infantes electi vel ante baptismum decedunt, vel baptismò superiuunt: & hi iterum perueniunt ad annos discretionis, vel non. Omnes infantes electi sunt de Ecclesia Catholicæ: & illi quidem, qui perueniunt ad annos prudentiarum, actu incipiunt esse de Ecclesia, quando vocantur, & fide donantur. Qui vero non perueniunt ad annos prudentiarum, siue sunt baptizati, siue non, quia fide interna extra ordinem donantur à Spiritu sancto, ipso actu sunt membra Ecclesiæ Catholicæ. Quod artinet ad infantes Christianorum non-electos, illi sunt membra Ecclesiæ particularis: quia vt omnes infantes Iudeorum circumcisorum censebantur in fœdere, ita omnes infantes Christianorum sunt Christiani, & haec tenus pertinent ad Ecclesiam. Atque hoc est, quod dicit Apostolus liberos sanctorum esse sanctos, 1. *Cor. 7.* non quia sanctitas aliqua ipsis inheret, sed quia sunt Christiani, hoc est distincti a non-sanctis, quales sunt omnes infideles extra Ecclesiæ pomaria. Sequuntur Christiani adiutori non-baptizati. Et illi quoq; aut sunt electi, aut non. Illi sunt in Ecclesia Catholicæ, partim ex cōsilio Dei, vi electionis; partim ipso actu, vi vocationis: hi non sunt in Ecclesia Catholicæ, sed externa & particulari. Sit itaque nostra thesis. Omnes Christiani non-baptizati, qui sunt prædicti vera fide, sunt membra vera Ecclesiæ.

III. Hanc thesi ita confirmamus. 1. Extra Ecclesiam non est salus. Atque omnes Christiani non-baptizati, si vera fide prædicti sunt, seruantur. Ergo non sunt extra Ecclesiam. 2. Qui sunt membra Christi, sunt etiam membra Ecclesiæ Catholicæ, quæ est corpus Christi. At Christiani non-baptizati, si vera fide prædicti sunt, sunt membra Christi: quia per fidem Christi inscriimus *Iohann. 14. 5. Rom. 6. 5. Gal. 2. 20. 3.* Qui sunt filii Dei in Christo Iesu, sunt etiam filii Ecclesiæ: quia qui Deum habet patrem, Ecclesiam habet matrem. At Christiani non-baptizati, qui sunt prædicti vera fide, sunt filii Dei in Christo Iesu. 4. Remissio peccatorum, & donatio Spiritus sancti non contingit nisi iis, qui sunt in Ecclesia Catholicæ. Nam vero Christiani non-baptizati, si prædicti sunt interna fide, contingit remissio peccatorum & donatio Spiritus sancti. Ergo sunt in Ecclesia Catholicæ. 5. Latro conuersus in cruce non fuit baptizatus. At ille fuit in Ecclesia: quia Christus ipsi dixit, Hodie mecum eris in paradiso, hoc est, in Ecclesia triumphantem. 6. Martyres complures, vera fide prædicti, fuerunt non-baptizati: vt pote abrepti ad supplicia ante suscepimus baptismum. Quis vero dixerit illos non fuisse ciues Ecclesiæ? 7. *Augustinus* hanc sententiam confirmat lib. 4. contra Donatistas cap. 22. his verbis: Quantum valeat etiam sine visibili sacramento baptimi, quod ait Apostolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, in illo latrone declaratum est.

IV. Non-baptizatos non pertinere ad Ecclesiam, his argumentis conciunt aduerteri. Primum Bellarminus profert ex *Ath. 2. 41.* Qui ergo receperunt lemnem eius, baptizatis sunt, & appositæ sunt Ecclesiæ ex illa animæ circiter mille: Ex quo concludit, illos ter mille homines, antequam baptizati erant, non fuisse de Ecclesiae.

*Respond.* Appositæ sunt illæ animæ ad externum Ecclesiæ Christianæ cœtum. At nos querimus de Ecclesia Catholicæ, & concedimus, baptizatos omnes in externam & particularem Ecclesiam recipi a qua ante baptismum exclusi sunt: sed non necessario ad Catholicam & Ecclesiam pertinere baptizatos omnes dicimus, nec ab ea exclusos esse omnes non-baptizatos. Baptismus admittit in Ecclesiam particularem: sed in Ecclesiam Catholicam potest aliquis admitti sine baptismo; quia hanc ad rem sufficit veritas. Itaque qui

## LIBER PRIMVS CAP. VIII.

67

baptizantur, sunt membra Christi & ecclesiae, secundum rationem ecclesiae externam, & actum externum illius. At formale, id est, actus internus fidei, praevenit aut superuenit pro Dei beneplacito: quo actu vere & formaliter in ecclesia sunt, sive baptizandi, sive iam baptizati. Secundum argumentum Bellarmini est eiusmodi. Non baptizati non habent ius ad sacram Eucharistiam, neque ad alia, quae sunt communia vniuersae ecclesiae. Non igitur actu & proprie sunt de ecclesia. Respondeo. Argumentum iterum concludit de ecclesia externa & particulari. Nam ordo ecclesiasticus seruandus est in ecclesia visibili, vt nulli admittantur ad Eucharistia perceptionem, nisi baptizati. At hinc non sequitur, illum, qui est praeditus vera fide, non pertinere ad ecclesiam catholicam, ob id, quia non est baptizatus. Nam ut vera fides est nota ecclesiae catholicae, ita baptismi administratio & S. Eucharistia perceptio pertinent ad notas ecclesiae visibilis.

V. Tertium argumentum sic proponunt alij. Per baptismum induimus Christum, Gal. 3. ver. 27. Ergo etiam sic ingredimur in ecclesiam. Respondeo. 1. Ingressus in ecclesiam fit vel eterna Dei electione, vel acceptio pacti fœderis gratiae, vel susceptione signi fœderis, vel participatione bonorum fœderis. Qui natus est ex Christianis parentibus, secundo modo est in ecclesia: qui baptismum suscipit, tertio modo ingreditur in ecclesiam: qui perfidem habet remissionem peccatorum, etiam nec natus sit ex fideliis parentibus, nec baptizatus; iam re ipsa membrum est ecclesiae inuisibilis. Sed is operam dabit, vt fidem etiam voce, & baptismi susceptione in ecclesia visibili testatam faciat. 2. Per baptismum induimus Christum, quatenus actio externa coniungitur cum interna. Itaque hoc non sit sine lide. 3. Apostolus ait eodem cap. ver. 26. Omnes filii Dei estis per fidem in Iesu Christo. At multi crediderunt, antequam baptizarentur. Ergo ante baptismum, id est, sacramentum visibile fuerunt in ecclesia.

VI. Quarto sic ratiocinantur. In baptismino fit emundatio à peccato. Ergo & salutis initium. Respondeo. 1. Si baptismus constet actione externa & interna, sive, si consideretur, οὐώλως, hoc verum est. 2. In baptismino externo (de hoc enim est quæstio) ob-signatur emundatio à peccatis, quam quis fidelis consecutus est, aut consequetur. 3. Qui credidit, etiam ante baptismum iam purgatus est à peccatis. 4. Gratia Dei & meritum Christi plus præstant, quam fides; & fides plus, quam baptismus. Quinto sic disputant. Absque baptismino nemo ingreditur in regnum cœlorum. E. nec in ecclesiam catholicam.

Respondeo. 1. Antecedens est impium, & consolationi Christianæ aduersum: cum baptismino nonnulli vere credentes potius non possint, etiā ve-lint. 2. Fides potest esse absque baptismino, etiā non potest esse cum contentu baptismi iuxta illud Bernhardi. Non priuatio, sed contemnitus baptismi damnat. Iam vero ubi est fides, ibi & salus. Sexto sic argumentantur. Per circumcisio[n]em Iudei fuerunt assumti in ecclesiam. Ergo nos assumti per baptismum. Respondeo. 1. Abrahamus fuit in ecclesia & iustificatus estante circumcisio[n]em: quia, vt docet Apostolus Rom. 4. 11. accepit circumcisio[n]em, tanquam signum & sigillum iustitiae fidei. 2. Circumcidit non debuerunt, nisi qui iam erant de ecclesia. 3. Circumcisio[n] non facit fœdus cum Deo, sed factum ob-signat. De baptismino idem est iudicium.

VII. Septimum argumentum est eiusmodi. Baptismus est sacramentum initiationis, vt omnes concedunt. Ergo per baptismum initiamur ecclesiae, & per consequens, ante baptismum non sumus in ecclesia. Respondeo. 1. Baptismus & circumcisio dicuntur sacramenta initiationis, non quod initium Christianismi & salutis faciant, sed quia initium salutis ob-signant. Opponunt enim sacramentis confirmationis. 2. Initiari ecclesiae est visibiliter consecrari, οὐώλως: non autem incipere esse in ecclesia inuisibili & catholicæ. 3. Qui sunt nati ex Christianis parentibus, sunt in ecclesia, & non sunt. Sunt: quia sunt in fœdere. Non sunt: quia nondum appositi sunt externæ societati, in quam recipiuntur per baptismum; sicut in fœdus recipiuntur per promissionem Dei, Ego Deus tuus & semini tui post te. Sed accedamus ad caput sequens de Catechumenis, affinem plane materiam; vnde ex hoc capite ad illud, & ex illo ad hoc multa licebit transferre.

## CAP V T VIII.

Quosdam Catechumenos pertinere ad Ecclesiam Catholicam.

I. Bellarminus ait, nullos catechumenos esse de ecclesia: nos contra, quosdam esse affirmamus. Quam controversiam priusquam disceptemus, paucis explicanda est vox *Catechumenus*. *Catechesis* peculiaris notione in ecclesia dicitur institutio in fundamentis religionis Christianæ. Et hinc *Catecheta*, seu *catechista*, dicitur, qui in ista catechesi instituit: κατηχεῖσθαι, qui iam institutus est in catechesi: *catechumenus*, qui instituitur in catechesi. Unde est fœminum *catechumena*. Speciali itaque significacione *catechumeni* dicebantur, qui sacris nondum iniciati, imbuiebantur adhuc in elementis religionis Christianæ. Horum erant ordines duo, minor & maior. Ille tantum audiebat, hic flecebat genua, & yetebat sacramenta. Cetera itaque in Catechumenis temporum interualla fuerunt seruata; & priusquam ad panem cum fidelibus frangendum aliquis perueniret, stadium confusa ex exercitationis fuit percurriendum. Primo igitur siebant catechumeni, deinde competentes, postremo fideles & Christiani. Nam in primitiva ecclesia sic erubiebantur catechumeni, vt magna cum auiditate baptismum & communionem peterent, sive competenter: vnde illis *Competentium* nomen. Itaque ex catechumenis siebant competentes: & ex his fideles, sive Christiani. Non enim censebantur Christiani, qui sacramentis nondum erant iniciati: ac proinde, si morerentur, antequam fideles essent facti, spes salutis nulla erat. Id quod saepissime affirmant Augustinus, Chrysostomus, & alij. Hinc catechumeni in primordiali illa ecclesia instituebantur, vt orarent Deum, ne manerent catechumeni, hoc est, tales, quibus fas non erat cognoscere mysteria, id est, sacramenta, vt docet *Cyrillus Hierosolymitanus in Procatechesi*: ubi catechumenos ponit inter nos, extraneos ab ecclesia. Et haec quidem fuit ratio catechumenorum apud veteres. Hodie catechumeni dicuntur, qui instituuntur in elementis religionis Christianæ: & sunt vel baptizati, vt pueri nostri, vel non baptizati, vt illi, qui ex paganis vel Iudeis sunt

Christianiani. Itaque veterum catechumeni omnes erant non baptizati. Quod verum est de duobus generibus catechumenorum, vt docet *Rabanus lib. 1. de insit clericis*, his verbis: Vnum (nempe genus catechumenorum) corum, qui audiunt conciones, & volunt fieri Christiani, sed nondum petierunt baptismum: illi dicuntur audientes, seu auditores: alterum eorum, qui petunt baptismum, & dicuntur competentes seu electi.

II. Bellarminus disputat de catechumenis veterum, hoc est, de non baptizatis. Quia disputatio non differt a precedente. Sed nos ampliamus hanc vocem, & in genere querimus de catechumenis, sive sunt baptizati, sive non. An pertineant ad ecclesiam? Respondeamus autem, non omnes catechumenos esse de ecclesia catholicæ, sed oīs catechumenos qui prædicti sunt vera fide. Quam sententiam roboramus rationibus, & autoritatibus tum Patrum, tum aduersoriorum: Rationes hoc loco cædem militant, quæ cap. præced. §. 3. Supersedemus itaque illas repetere. Authoritates Patrum præcipua sunt istæ. *Cyprianus epist. 73. ait*: Sciant catechumenos illos primo integrum fidem, & ecclesiae unitatem tenere; & ad debellandum diabolum de divinis castris cum plena & sincera Dei Patris, Filii, & Spiritus sancti cognitione procedere: deinde nec priuari baptismatis sacramento; vt pote qui baptizentur gloriofissimo & maximo sanguinis sacramento. *Ambrosius lib. de obitu Valentiniani* diserte affirmat, quodam catechumenos seruari posse, de quorum numero Valentinianum fuisse ait. Sic enī de ipso scribit: Ablutus ascendit, quem sua fides lauit, & petitio consecravit. *Augustinus lib. 4. de baptismo contra Donatistas c. 21*. Non dubito catechumenum catholicum diuinam charitatem flagrantem, haereticō baptizato anteponere: sed etiam in ipsa unitate catholicæ ecclesia bonum catechumenum malo baptizato anteponimus. Ibid. Nec sacramento baptismatis facimus iniuriam, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fidelorem meliorem que cognoscimus. Melior est Cornelius Centurius nondum baptizatus Simone Mago baptizato. Ille enim & ante baptismum repletus fuit spiritu sancto: ille & post baptismum immundo spiritu infatus. Idem tract. 4. in Iohann. Futuri erant aliqui in ecclesia excitoris gratiae catechumeni. Authoritates aduersoriorum hæ sunt. *Melchior Canus* (citante Bellarmino) ait, catechumenos posse saluari, quia etiā non sunt de ecclesia: qua proprie dicitur Christiana, sunt tamen de ecclesia, qua comprehendit omnes fideles ab Abel usque ad consummationem mundi. Quorum verborum hic est sensus, nostro iudicio. Catechumeni, nondum initiati sacris mysterijs, si prædicti sunt vera fide, sunt de ecclesia catholicæ, licet non sint de ecclesia externa, qua dicitur Christiana, ob professionem fidei Christianæ, sacramentis roborare. Hoc procul dubio Canus ibi voluit, sed enuntiavit obcurius. Audiamus iam Bellarminum, sibi contradicentem. Capite 3. negat, catechumenos esse de ecclesia. At cap. 2. cx Augustino ait, quodam esse de anima & corpore ecclesiae, quales sunt, qui Christo uniti sunt interius & exterius: quodam esse de anima & non de corpore, vt catechumenos & excommunicatos; si fidem & charitatem habent: quodam esse de corpore, & non de anima, vt qui nullam habent internam virtutem, & tamen spe aut timore aliquo temporali profitentur fidem. Ita Bellarminus. Quod si itaque catechumeni, fide prædicti, sunt de anima ecclesiae, utique formaliter actu sunt de ecclesia: licet non secundum signum seuationem externam illius. Sunt, inquam, in ecclesia, actu interno, etiā non externo.

III. Primum argumentum, quo Bellarminus probat, nullos catechumenos pertinere ad ecclesiam, est idem cum primo argumento superioris cap. §. 4. quia nempe nulli nisi baptizati sunt membra ecclesiae, vt probatur ex Act. 2. 41. Cuius argumenti solutionem vide d. 1. Secundum argumentum Bellarminus sumit ab authoritate Concilij Florentini, quod in instructione Armenorum docet, homines fieri membra Christi, & de corpore ecclesiae, cum baptizantur. Respondeo. 1. Hoc concilium non habet magnam apud nos autoritatem: quia fuit recens. Sed quia veram habet sententiam, respondemus. 2. Non sequitur: qui baptizantur, sunt membra Christi, & de corpore ecclesiae. Ergo nulli non-baptizati non sunt membra Christi, & de corpore ecclesiae. Similiter enim ex Paulo ratiocinari possemus in hunc modum. Quicunque comedunt panem hunc, sacramentalem scilicet & spiritualem, vnum cum Christo corpus sunt. Ergo qui non comedunt, ab eius corpore omnino sunt disiuncti. At ipsi Papistæ hoc argumentum non probant. Fatentur enim infantes baptizatos esse vnum cum Christo corpus, licet illum nequaquam comedent. 3. Baptismus facit nos membra ecclesiae particularis & catholicæ, sed diuerso modo. Particularis & exterius proprius: quia in externam ecclesiae societatem recipimus, cum baptizamur. Catholicæ & internæ μελιτονικæ: quia nobis obligat nostram Ἰεράς, cuius causa est gratia Dei ab aeterno nos eligentis.

IV. Terrium Bellarmini argumentum ex Patrum testimonij sumitur hoc modo. *Gregorius Nazianzenus oratione in sacrum lauacrum* dicit, catechumentum esse in vestibulo pietatis, nec adhuc posse vocari fidelem, nisi intus ingrediatur per baptismum. *Chrysostomus homil. 2. 4. in Iohann.* dicit, catechumentum esse aliquid a fidei, & nihil habere commune cum eo, non ciuitatem, non mensam, &c. *Tertullianus libro de prescriptionibus* reprehendit in haereticis, quod non distinguunt Catechumenos a fidelibus. *Cyrillus lib. 12. in Iohann. cap. 50.* docet catechumenos esse apud Christianos id, quod erant in circuncisio apud Iudeos, qui propterea non poterant vesci agno paschali. *Augustinus tract. 4. in Iohann.* & alibi distinguit catechumenos a fidelibus. Quod etiam alii Patres faciunt. Constat autem ecclesiam esse fidelium congregationem.

V. Respondeo primo in generale. 1. Perpetua hic est homonymia in voce Ecclesia & fidelis. Nam Patres negant catechumenos esse in ecclesia, actu extero. Et fideles οὐώλως dicuntur, qui sacramentis sunt initiati. Quo patet etiam sepe accipitur vox Christianus. 2. Est ignoratio elenchi: quia quæ negantur recte de ecclesia secundum rationem externam ipsius, perperam transferuntur ad rationem & communionem ipsius vniuersitatem. Itaque si quis dixerit indistincte, catechumeni non sunt in ecclesia, nihil dicit; quia sunt in ecclesia, & non sunt, diuerso modo. Interno modo sunt in ecclesia, communione Christi & Spiritus eius: externo modo non sunt in ecclesia, communione sacramentorum. 3. Est fallacia à dicto secundum quid. Nam catechumeni sunt in ecclesia, quatenus audiunt verbum Dei: non sunt, quia non admittuntur ad communionem sacramentorum. 4. Multa à Patribus in hac materia dicuntur hyperbolice: itemque eingrediens, dispensat. Non valet autem consequentia ab eingrediens externa, ad iudeum Dei aeternam. Deinde autem consequentia ab eingrediens externa, ad iudeum Dei aeternam. F 4

*in specie respondet.* 1. *Nazianzenus* loquitur de externo statu atque ordine ecclesiae: de varijs scilicet ordinibus ecclesiasticis, qui tunc temporis erant vestitati in ecclesia. Nam alij erant catechumeni, alij competentes, alij fideles sive perfecti. Secundum hanc distinctionem catechumeni erant in vestibulo pietatis, hoc est, potentia & dispositione erant in ecclesia secundum externam rationem ipsius. Nos autem loquimur de interna ratione ecclesiae catholicæ, in qua nullum est huiusmodi vestibulum. 2. *Chrysostomus* distinguit catechumenos à fidelibus, quantum ad externam ecclesiæ politiam. 3. *Tertullianus* recte reprehendit haereticos, qui gradus in ecclesia visibili confundebant. Nam in externa ecclesiæ politia catechumeni omnino distinguendi sunt à fidelibus, quos *Apostolus Colossi. 1. 28.* cap. 4. 12. vocat perfectos. 4. *Cyrillus* duriusculè comparat catechumenos cum incircumcis. Nam hi simpliciter ad numerantur nisi esse, hi secundum quid tantum. 5. *Augustinus*, & reliqui Patres distinguunt catechumenos & fideles respectu aëris externi. Nam intus apud Deum, Christum, Spiritum sanctum, ecclesiæ catholicæ, formaliter vnum sunt: licet foris fideles acti in ecclesia sint, catechumeni dispositione solum, & in fieri, ut loquuntur.

VI. *Quartum & postremum Bellarmino argumentum à ratione summatum, est tale.* Catechumeni non habent ius ad illa sacramenta, neque ad alia, quæ sunt communia vniuersæ ecclesiæ. Non igitur acti, & proprie sunt catechumeni de ecclesia.

*Respondet.* 1. Etsi non habent ius in sacramentis, tamen habent ius ad sacramenta. Postquam enim satis instituti sunt in religione Christiana, admittuntur ad sacramenta. 2. Etsi non habent ius plenum, tamen habent aliquod ius. Nam verbum fidei est sacramentum fidei, ut Patres loquuntur: quo catechumeni cum fidelib. communicant; postea amplius in sacramentis communicatur. 3. Catechumeni prohibiti fuerunt a communione externa baptismi, Eucharistie, impositionis manuum, ordinationis episcoporum, & similium, quæ omnia vetus ecclesia in sacramentis numerauit. Sed à communione externa eiusque negatione ad communionem internam non valet argumentum.

## CAP. IX.

### Quosdam excommunicatos pertinere ad Ecclesiam Catholicam.

I. *Sicutur disputatio de excommunicatis, de quibus Bellarminus c. 6. agit.* Somnesque excommunicatos ex ecclesia eiectos esse; multis testimoniosis probat. Vbi responsio generalis est, committi ab ipso ignorantem ellenchi. Nam excommunicatorum quidam non sunt de ecclesia, & quidam de ecclesia sunt. Non sunt de ecclesia, qui nec internam communionem animo, fide, & resipiscientia retinent, nec externam signo, nec conditionem resipisciendi in futurum. Contra vero de ecclesia sunt, qui adhuc illam internam retinent, & conditionem illius, quamvis exclusi communionis signo. Huiusmodi autem sunt. 1. abstenti. 2. iniuria eiecti. Quod attinet ad abstentos, illi sunt diuum generum: videlicet pro circumstantia loci aut temporis. Loci: ut si quis propter offendam in loco non posse recte communicare censetur, cui alibiliceat, vbi sine offendone potest. Temporis: ut si quis ad tempus excludatur probationis aut emendationis causa. Nam huic ius manet integrum, quamvis sublato per prouisionem vnu.

II. Itaque Bellarminus vagatur extra oleas, quando operose probat, excommunicatos ejici ex ecclesia externa & particulari. Hoc enim concedimus. Quæstio autem est de ecclesia catholicæ, an ex illa aliquis possit ejici. *Quod quidem nos negamus, fredi his argumentis.* 1. Quiunque est membrum ecclesiæ catholicæ, est membrum Christi per veram fidem; & proinde non potest separari à communione Christi. 2. Excommunicatio est vel signi, vel signati. Excommunicatio signi est, qua excommunicant homines ex ecclesia externa materialiter. Excommunicatio signati est, qua excommunicat Deus ex ecclesia externa formaliter, subtrahendo influxum gratiae actualis. At neutra separathominem à communione interna ecclesiæ catholicæ. Non prior: quia nihil potest nos separare è charitate Dei, quæ est in Iesu Christo. Non posterior: quia quem Deus semel adoptauit in Christo, non sinit excidere tanto priuilegio. 3. Excommunicatio est iusta, vel iniusta. Qui iuste excommunicantur, traduntur Satanæ, & excluduntur à communione ecclesiæ particularis, ipso iure. Qui iniuste excommunicantur, illi non traduntur Satanæ; quia licet ipso facto ejiciantur ex ecclesia particulari, non tamen iure. Quocirca illi non sunt in deteriori statu, quam prius fuerunt, sed illi potius, a quibus excommunicantur. 4. Excommunicatio est medicina quædam spiritualis, ad utilitatem eorum instituta, qui excommunicantur. Itaque non ejici homines ex ecclesia catholicæ. Hoc enim non est sanare, sed perdere. 5. Christus, omnesque qui Christum professi sunt, iudicio ecclesiæ Iudaicæ fuerunt excommunicati *Iohann. 9. 22.* At quomodo? Hoc docet Christus, quando apostolis suis prædixit, fore ut essent *excommunicati*, id est, exclusi ab ecclesiis particularibus. Nemo profecto potuit illos eiicere ex ecclesia catholicæ. 6. Potest homo excommunicatus retinere baptismum, & externam fidei professionem, & subiectiōnem prælati sui debitam, & esse amicus Dei, si nimirum sit iuste excommunicatus. Et iuste etiam excommunicatus, potest pœnitentiam agere, & illa tria habere ante absolutionem. Ergo aliquis excommunicatus est in ecclesia, etiam manens excommunicatus. 7. Qui excommunicatur ab hominibus, excommunicatur sententia hominum interlocutoria, non definitiva Dei. Ergo excommunicatus ab hominibus secundum ordinem, non est excommunicatus secundum finem in consilio Dei. 8. Eadem est sententia Patrum & Scholasticorum. Sic enim ait *Origenes homil. 14. in Leu. cap. 2. 4.* Cum aliquis exit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate, exire de castris ecclesiæ; etiam si per episcopi vocem minime abiciatur: sicut è contrario, dum aliquis non recte iudicio foras mittitur, scilicet si non ante exierit, id est, si non egerit, ut mereatur exire, nihil laeditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est; & qui foris est, intus retineri videtur. *Augustinus serm. de remissione peccatorum:* Sicut is, quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam, & extra corpus, cuius caput est Christus, si ei ostiarius non aperuerit: ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris

præiudicio compellitur foris esse. *Idem ad clerum Hipponeensem:* Quid obsecratur homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro viuorum non eum delect iniqua conscientia. *Lombardus lib. 4. sent. dist. 18.* Aliquando sacerdotes ostendunt solutos vel ligatos, qui ita non sunt apud Deum: & pœna satisfactionis vel excommunicationis interdum indignos ligant vel soluant, & indignos sacramentis admittunt, & dignos admitti curant.

III. Ad hæc nostra argumenta *excipit Bellarminus.* 1. In iuste excommunicatus est in ecclesia animo, sive desiderio, quod illi sufficit ad salutem, non tamen est corpore, sive externa communicatione, quæ propriæ facit hominem esse de ecclesia visibili. 2. Excommunicatio etiam exscindit hominem ab ecclesia, tamen non auctor potest, ut non possit iterum inseri in ecclesiæ, qui præcisus est, si pœnitentiam agere velit. In circa ecclesia per excommunicationem separat quosdam à corpore suo, sed in utilitatem eorum, quia cupit eos illa confusione humiliari, & humiliatos iterum in suum recipere corpus.

*Respondet ad 1.* Accipimus hanc distinctionem. Nam si iuste excommunicatus potest seruari, utique est in ecclesia catholicæ: quia extra illam non est salus. Secus res habet de ecclesia particulari & visibili. ad 2. Nititur hæc exceptio ista hypothesi, quasi membra Christi & ecclesiæ catholicæ possint separari a corpore, id est, ab ecclesia catholicæ: quod falsum est. Nam quicunque semel Christo est insitus perfidem, non potest ab eo abscondi villa ratione. Fateor, est aliqua finalis & mortalis excommunicatione, quæ ab ecclesia plane exterminat; sed plura sunt excommunicationis genera, quæ non ejiciunt plane: & plures sunt excommunicationis externæ & vnu ad tempus & sub conditione separati, qui interno actu sunt fratres, ut docent illa apostoli verba, Corripite ut fratrem, 2. *Thef. 3.* quemadmodum & ouis scabiosa vel pecus morbida, de grege & cœla est, licet abgregata. Nam huius excommunicationis medicinalis est, qua ligatur ouis seorsim, non ejicitur. Sed excipit: Quid audio? Si excommunicationis alia est mortal, alia medicinalis, ergo potest aliquis separari ab ecclesia catholicæ: id quod toties iam est negatum. *Respondet.* Canonistæ non ab ita distinguunt excommunicationem. q. 2. 4. cap. 4. corripiantur. Nam excommunicationis mortal est, qua hypocritis detrahitur larva, id est, qua ostendit illos non pertinere ad ecclesiæ catholicam. Excommunicationis medicinalis est, qua fideles ciciuntur ex ecclesia particulari, ut agnoscant suos defectus, atque ita sanentur.

IV. Solet quoque hoc loco nobis objici, nostros pugnantia scribere: dum alij docent, ex communicationem Ecclesiasticam separare hominem à communione externa tantum; alij contendunt, separare ab externa & interna simul. Nam qui ab externa ecclesiæ communione separatur, ab interna quoque societate, quam ecclesia habet cum Christo, censetur alienus, & ut *Apostolus* loquitur, Satanæ traditus; quia extra ecclesiæ Satanæ regnum obtinet, & Deus non nisi iratus & iustus peccatorum vindex apprehendi potest.

*Respondet.* Cum grano salis oportet hæc omnia accipere, eo, quo sequitur, modo. Prout communio membrorum ecclesiæ duplex est, una externa & ordinis, alia interna & spiritus: ita & excommunicatio vera ac iusta vtramque huius communionis priuationem certo modo ac certa ratione respicit. Externa autem communio inter ecclesiæ membra est duplex: una mere ecclesiastica, altera conuersationis Christianæ in vita civili. *Ab ecclesiastica communione* separatur homo excommunicatus; quia per excommunicationem priuat omnis signis gratiarum, quæ Deus ecclesiæ suæ voluit esse peculiaria. Cuiusmodi sunt. 1. verbi & precum communio; quatenus complectitur promissiones euangelicas. 2. participatio sacramentorum. 3. communio munerum ecclesiasticorum. Etsi enim homo excommunicatus admittitur ad conciones sacras: tamen nihil commune habet cum fratribus reliquis, quantum ad promissiones euangelij, nisi resipiscat. *A communione conuersationis Christianæ in vita civili* ex præcepto apostolico separatur homo excommunicatus, ut pudeat, & ad meliorem mentem reuocetur. *Corinth. 5. 12. 2. Iohann. vers. 10.* Nec tamen sub hoc prætextu licet coniugibus se separare, aut officia coniugalia negare. Nec liberi propterea soluuntur obsequio parentibus debito. Denique reges & principes in iuste per excommunicationem priuant regnis auctoribus suis, aut subditi soluuntur iumento fidelitatis. Nam hæc vincula sunt naturalia & moralia, quæ non abrumuntur per excommunicationem. Alia est ratio vinculi civilis, quod cernitur in familiaritate & *qui adest quod est* Christiana. Nam hoc tale vinculum abrupitur per legitimam excommunicationem. Sequitur *priuatio interna cum Christo communionis*, quæ duplex inducitur per iustum excommunicationem. Homo siquidem rite excommunicatus priuat gratia Dei praesenti, & futura. *Presenti;* quia dum ecclesia peccatorem ligat in terris, ille simul ligatur in cœlis. Etsi enim non amittit gratiam habitualem: tamen amittit, & ad tempus non accipit, actualem. *Futura;* quia ecclesia minatur peccatori: eum exclusum iria regno cœlorum, nisi resipiscat. Hinc iam patet nullam esse apud nostros contradictionem. Nam homo legitime excommunicatus priuat communione interna actuali, non vero habitu-

V. Accingamur nunc ad argumenta Bellarmini: Quamuis enim omnia illa peccant ignorantie ellenchi, ut diximus sub initium huius capituli: tamen ne oscitante hanc questionem tractasse videamus, age paucis videamus quatuor ipsius argumenta. E quibus *primum* sumit ex Scriptura. Nam *Matth. 18. ait Salvator:* Si ecclesia non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Vbi Dominus de excommunicatione loquitur secundum omnium expositionem. At ethnici non sunt de ecclesia. Idem probatur ex illo *1. Corinth. 5.* Cur non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestri. Et *infra:* Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumperit. Item: Auserte malum ex vobis ipsis. *Respondet.* 1. Sane exclusio illa fit ex ecclesia, sed ex particulari & externa. Ideo Christus non simpliciter dixit, Erit ethnicus & publicanus, sed potius, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus: modum externum homini præscribens, internam vero formam & veritatem sibi referens. Et ideo Paulus ait, Ut tollatur de medio vestri. Excommunicant ex ecclesia externa homines varie, sed materialiter: Deus vero formaliter. Illi signo: Deus veritate. Sed à signo, quod homines iudicio suo administrant, non valet argumentatio ad consilium & iudicium Dei. 2. Verum est: non sunt de ecclesia ethnici. Sed excommunicati non sunt ethnici forma-

## LIBER PRIMVS CAP. IX.

69

formaliter & absolute: sed sicut ethnici & publicani censentur esse ab ecclesiis membris. 3. Incestus ille apud Paulum excommunicatus fuit, at non definitiva sententia. Nam excommunicatus fuit ad exitum carnis, & refrietum Spiritus 1. Corinth. 5. vers. 5. Excommunicatus, inquam, fuit ab hominibus secundum ordinem: at secundum fidem non fuit excommunicatus in consilio Domini, 2. Cor. 2. 7. quo auctore illi condonauerunt Corinthij, eumque receperunt.

VI. Secundum argumentum Bellarminus perit ex iure canonico 11. qu. can. 3. Canonica: vbi excommunicatio dicitur esse eliminatio a gremio sanctae matris ecclesiae, & a consortio totius Christianitatis. Respondeo. 1. Evidentia quid, sententia interlocutoria. 2. Excommunicatio interdum estatio, qua hypocrita ostenditur non pertinere ad ecclesiam catholicam. Et hoc sensu dicitur excommunicari ex ecclesia catholica: in qua aliquis fuit & dicitur & iudicio charitatis. Nam alioqui nemo excommunicatur ex ecclesia catholica, qui in ipsa est auctoritate & iuris.

VII. Tertium Bellarmini argumentum est ex Patribus. Nam Eusebius libro quinto hist. cap. 2. 4. auctor est, Victorem Papam omnes Asianos ab ecclesiastico fecerit segregasse. Et paulo post ait, Irenaeum reprehendisse Vicorem, quod non recte fecerit, abscondendo a corporis unitate tot tantas que ecclesias. Chrysostomus & Theophylactus super Matth. 18. exponunt ejici de ecclesia, quod hic dicitur fieri ethicum & publicanum. Hieronymus in cap. 3. Tit. dicit, quosdam peccatores per excommunicationem episcoporum propelli extra ecclesiam, quo per leprosos sponte sunt schismati & haereticici: Augustinus libro de unitate Ecclesia cap. ultim. dicit, excommunicari esse visibiliter praecidi a corpore ecclesiae. Item libro de corrept. & gratia cap. 15. dicit, per excommunicationem separari ab oibus sanis morbidam, ne per plures serpant dira contagia.

Respondeo. 1. Victoris Papae censura licentiosa merito reprehenditur ab omnibus, qua ille excommunicauit omnes Asiaticas ecclesias, adeoque illas abscondit a corporis unitate; nempe secundum rationem externam ecclesiae Romanæ. 2. Sane qui legitime excommunicantur, ejiciuntur de ecclesia, & quidem non uno modo. Nam Deus excommunicat hominem, vel homo seipsum, vel homo hominem. Rursus excommunicatio alia est praecisa & finalis, quam Deus facit per Christum, homines reprobos separando & reseruando in aduentum Domini, unde solet duabus istis vocibus, Maranatha, notari: alia est limitata. Porro excommunicatio est absoluta, vel conditionalis: interlocutoria, vel definitiva: ecclesiastica, vel diuina. Denique excommunicatione fit vel in genere, dicendo anathema, vel in specie ejiciendo certam personam. Semper autem fit ejecio ex ecclesia, ita nempe ut aliquis eliminetur ex ecclesia particulari, vel ad ecclesiam catholicam non pertinere ostendatur. 3. Idem est iudicium de illa phrasu Hieronymi, proponendi extra ecclesiam. Nam aliquis propellitur ex ecclesia aut signo, conditione, interlocutione &c. aut rei veritate, definitione finali, secundum Deum. 4. Excommunicatio praecedit hominem a corpore ecclesiae, in quo fit vel vere, vel apparenter. 5. Ovis morbida separatur a reliquis, non ut definat esse de caula, sed ut ad tempus curetur, & curata redeat in cauam.

VIII. Quartum & postremum argumentum suum Bellarminus dicit a ratione, hunc in modu. Primo per excommunicationem priuantur homines commercio spirituali, & habent homines ecclesiae inter se. Igitur non sunt amplius in eorum ecclesiae. Quid n. est, ciue aliqui priuari ciuitate, nisi priuari omni commercio, & est inter homines illius ciuitatis. Secundo, excommunicatio eum locum habet in ecclesia, quem pena mortis habebat in V.T. & quam habet in temporalibus rebus publicis. At per mortem separantur homines plane a tota repub. Tertio, nulla est pena grauior, quam ecclesia infligere possit, excommunicatione. Ergo per excommunicationem ejicitur homo de ecclesia. Nam grauius est proiici de ecclesia, quam qualibet pena, quæ de manentibus in ecclesia sumitur. Quarto excommunicatio non potest fieri, nisi in contumaces & incorrigibiles. Igitur excommunicatio est ejecio ex ecclesia. Si enim excommunicatio esset pena aliqua infra ejecionem, ferretur etiam quandoque iu homicidas, adulteros &c. licet non contumaces. Addo, quod cum absoluuntur excommunicati, dicitur, Restituo te unitate ecclesiae, & membrorum participationi. Quod signum est perspicuum, excommunicatum separatum fuisse ab ecclesiae unitate.

IX. Equis vero, Bellarmino, tuam istam conclusionem impugnat? Concedimus enim, excommunicationem esse separationem ab ecclesia particularis & visibilis unitate. Sed retexamus tuas rationes. 1. Per excommunicationem priuantur homines commercio spirituali: sed non eodem modo. Nam alii priuantur omni commercio spirituali, externo & interno, puta quoscunque sententia Dei definitiva absolute ferit anathemate, alii non omni, sed aliquo tantum, puta mensa, conlauis, domus, congressus &c. sub conditione, per prouisionem, & ad tempus. De his enim dicit Apostolus, Admonete ut fratrem, 2. Thess. 3. Quemadmodum enim in praeceptis regum sunt differentes gradus, cum alios mensa & congressu dignetur princeps, alios extrudat varie ex mensa, aut conclavi, aut vestibulo, alios liget in domo velut constrictos vinculis, alios denique ejiciat plane: ita etiam in ecclesia Christus varie afficit membra illius, a mensa, congressu, vestibulo, loque excludens, & constringens vinculis, donec in tenebris discant & conficer, aut exterioribus tenebris addicens finaliter. Sic alii extra ecclesiam sunt absolute simpliciterque damni, alii secundum quid extra ecclesiam esse dicuntur; & excommunicati appellantur, quia extra hanc aut illam communionem sunt, non extra totam communionem formaliter. Secundum hanc rationem abstinent olim a communione mense abstinebantur, sed & erant tamen: in aditu vestibili, in aditu vestibili, subsidebant: in vestibili, in aditu vestibili: extra ipsas ecclesias fore veniam petebant, in ecclesia primitiva solenni ritu diligentissime obseruato, excommunicati quodammodo, non omnimodo; conditionis, non necessitatis lege; sententia hominum interlocutoria, non definitiva Dei. Nimirum vetus illa ecclesia in admittendis lapsis ad sacram communionem, quinque gradus seruauit. Primus dicebatur audito: tertius, humiliatio, scilicet intercategum: quartus: quintus, statio inter fideles: quintus, participatio Eucharistie. 2. Id vero negatur, quod hic ex Augustino adfertur. Nam a morte non est regressus ad vitam in republica. Sed ab excommunicatione

plerumque regressus est ad communionem ecclesiae. Virga est excommunicatio, grauis quidem: at non semper ferrea. Virga est: non securis. Quare non admittimus illud Augustini quæst. 39. in Deuter. Hoc nunc agit in ecclesia excommunicatione, quod agebat tunc interfactio. 3. Non omnis excommunicatio de ecclesia projicit eodem modo. Nam credentes, dum excommunicantur, manent in ecclesia catholica, ejiciuntur solum ex particulari, & quidem conditionaliter. Rursus aliud est excommunicatio materialiter secundum rationem externam ecclesiae, aliud formaliter & materialiter simul secundum veritatem Dei definitam. Nam aliud est sella terrena, aliud est tribunal coeleste, inquit Augustinus 11. quæst. 3. cap. ei ad tempus. 4. Vera est ista assertio de excommunicatione, quam Canonistæ maiorem vocant: non item de illa, quam dicunt minorem. 5. Certe excommunicatus separatur unitate externa ecclesiae, secundum excommunicationis cuiusque modum (nam est excommunicatio maior & minor secundum gradus, 11. q. 3. cap. ad mensam) at non ab unitate interna capituli & corporis totius necessario.

X. Perfuncti sumus labore nostro in hac questione decidenda, Ex quibus hominibus constet ecclesia catholica. Nam de hereticis, apostatis, & schismatibus, proprie ac vere sic dictis, quod omnino ab ecclesia catholica alieni sint, nulla inter nos & aduersarios controversia est: ita ut Bellarminus his rebus tam operose probandis cap. 4. & 5. supersedere potuerit. Ne tamen hic haereticus readere discidiecupus, teneat distinctionem trium istorum vocabulorum, haereticus, schismaticus, ecclesia. Et primo quidem haereticus est principaliter in articulos fidei, secundario autem in ea quæ inde consequuntur. Tum qui in articulos haereticus est, aut in oës, aut in aliquos: quia in aliquos, aut fundamentales, aut adiectos fundamento. Porro haereticus est occultus, vel manifestus: terrans, aut insuper seducens: vere, aut apparenter talis. Vbi & illud non est praeterreundum, ad definitionem iustam haereticis oportere concurre: errorem, velut concitatem metis; evictionem, velut demonstrationem lucis; & contumaciam, velut obfirmationem voluntatis. Deinde schismatici aut in uniuersum scindunt ecclesiam abducti erroris, aut in particulari ab hac illa ecclesia discinduntur, animi perturbatione ex varijs offensis. Denique Ecclesia absolute dicitur, aut secundum quid. His ita præmissis, dico, haereticos absolute esse de ecclesia, nisi qui fundamentales religionis articulos euertunt, & apostatae sunt auctoritas eius. At secundum rationem ecclesiae aspectabilem tantisper de ecclesia sunt, dum certo legitimoque iudicio eiecti non sunt, aut iphi ex facto se abalienantur. Alioquin quo iure excommunicarentur? Rursus dico, schismaticos primi generis non esse de ecclesia; secundi generis, esse possunt. Scinduntur enim hi a membro hoc aut illo, non a toto corpore.

## C A P V T X.

*Ecclesiam non habere ullam autoritatem in rebus fidei  
preter Scripturam.*

I. Apistæ afferunt authoritatem ecclesiae in quinque capitibus consistere. Primo affirmant, ecclesiam habere potestatem autorizandi & taxandi Scripturam, & qui libri canonici sint definiendi. Secundo, Scripturæ sensum dandi. Tertio, dogmata, quæ præter Scripturas sunt, determinandi. Quarto, leges & constitutiones pro ecclesia faciendi. Quinto, disciplinam exercendi. Quod ad duo posteriora attinet, non multum repugnamus. Agnoscamus enim & fatemur, ecclesiam habere authoritatem faciendi decreta, canones, & constitutiones, quas vocant ecclesiasticas: ita nempe, ut Apostoli fecerunt Act. 15. Visum est nobis & Spiritui sancto. Ecclesia enim Spiritus sancti in Scriptura loquens sapientia dirigere debet, & adhibere prudentiam spiritualem in examinandis varijs circumstantijs loci, temporis, personarum &c. Lubentissime etiam concedimus, ecclesiam habere potestatem, exercendi sanctam disciplinam, in nomine & potentia Iesu Christi sponsi & capituli sui, 1. Corinth. 5. 4. non autem secundum carnem, id est, hominis animalis voluntatem & voluptatem. Quod ad duo priora attinet, Chamierus tomo 1. prolixo ostendit, ecclesiam non tribuere verbo Dei authoritatem, aut sensum genuinum, sed Scripturam sibi ipsi fidem sufficienter facere, & seipsum exponere. Unicum ergo caput hic discutiendum restat, An videlicet ecclesia authoritatem habeat res fidei præter Scripturam decidendi & determinandi?

II. Vbi accurate distingue oportet duas illas questiones: An ecclesia authoritatem habeat res præter Scripturam decidendi & determinandi: & An Scriptura authoritatem habeat res fidei præter Scripturam decidendi & determinandi. Nam prior quæstio est generalis, posterior specialis. Illa est distinguenda: haec simpliciter neganda. Nam res præter Scripturam sunt duorum generum: vel necessario ad fidem pertinentes, vel adiaphoræ seu indifferentes. De illis agemus hoc loco: de istis cap. 13. paulo post. Ceterum ecclesiam catholicam non habere authoritatem condendi articulos fidei, aut res creditu ad salutem necessarias, in Scripturis non comprehensas, imponendi. Quam sententiam confirmamus septem argumentis, quorum alia sunt de iure, alia de facto, id est, alia ostendunt ecclesiam Christi, siue catholicam, siue particularem, non habere hanc potestatem, alia docent, ecclesiam veram sibi nunquam vendicasse aut vindicaturam eiusmodi prærogatiuum.

III. Primo sic disputamus. Non omnes veritates, quæ in Scripturis continentur, ita ad salutem necessarias sunt, ut ignorantia earum, damnationis periculum caufetur. Ergo multo minus ea, quæ præter Scripturas dicuntur, sunt eius necessitatis. Probatur antecedens. 1. Cognoscere iustum temporis chronologiam, siue annorum seriem, ab initio mundi usque ad Christum, est veritas in Scripturis comprehensa: neque tamen ad salutem perinde necessaria. 2. Scriptura docet plurima, quæ ad liberalem eruditio- nem, non vero ad salutis fundamentum pertinent: ut in historijs & prophetijs quibusdam videtur est. Consequentia sic patet. Si id quod scriptum est per prophetas & Apostolos, non semper est necessarium ad salutem, multo minus id erit necessarium, quod non est scriptum. Si n. id non est, magis verisimile est inesse, multo miseri id inerit, quod minime est inesse. Deinde verifi-

verisimile non est Scripturas abundare in superfluis, & deficere in necessarijs.

**IV.** Secundum nostrum argumentum est eiusmodi. Ecclesia non habet maiorem autoritatem, quam Apostoli, imo nec tantam in omnibus. Sed illi non habuerunt autoritatem condendi articulos fidei. Nam apostolus Paulus tradidit tantum, quod acceperat a Domino, in causa sacrae cœnæ. *1. Corinth. 11.* In quem locum sic scribit Ambrosius, Indignum dicit Domino, qui aliter mysterium celebrat, quam ab eo traditum est. Non enim potest deuotus esse, qui aliter presumit, quam datum est ab authore. Quod autem de Paulo diximus, id de reliquis apostolis quoque verum est. Nam illi fuerunt amanuenses Dei, & proinde non habuerunt potestatem *apostolos*, sed tantum *in tradendis dogmatibus fidei*. Quæcum ita sint, ecclesia fidei articulos ex Scripturis explanare, non autem nouos extra Scripturam condere debet. Huc pertinet illud *Vincentii Lirinensis super 1. Timoth. 6.20.* Eadem tamen, quæ didicisti doce (*Timoth.*) ut cum dicas noue, non dicas noua. Si ergo non licuit Timotheo noua docere, aut inducere, sed tantum vetera explanare, multo minus id nunc licet ecclesia pastoribus.

**V.** Tertio idem probamus ex Confessione Papistarum. Patres Concilij Basiliensis, qui conculserunt fidei articulum esse, *Credere Concilium esse supra Papam*, id ex dicto illo Christi, *Dic Ecclesia*, colligebant, atque hinc fidei articulum esse euincere volebant. Vnde patet, illos in hac fuisse sententia, ecclesiam non posse nouum fidei articulum absque Scripturis cedere. Bellarminus similiter ait, ecclesiam nunc non regi nouis revelationibus, sed nos debere esse contentos illis decretis, quæ ab apostolis accepit. Ergo ecclesia non potest condere nouos fidei articulos.

**VI.** Quarto Si Scriptura docet omnia necessaria, ad fidem & mores pertinentia, tum ecclesia non habet autoritatem alios fidei articulos condendi. At prius est: quia Scriptura potest nos *ad fidem & mores*, & reddere perfectos ad omne opus bonum; *2. Timoth. 3.* Merito itaque *Irenaeus lib. 3. cap. 1.* Euangelium in Scripturis traditum vocat fundamentum, & columnam fidei nostræ. Et ea de causa Scriptura appellatur canon fidei, hoc est, ipsius norma, mensura, regula.

**VII.** Quinto Si Scriptura continet omnia ad salutem necessaria, omnes articuli fidei ex illa deriuari necesse est. Sed antecedens est. E. Ratio consequentia est: quia tria sunt ad salutem necessaria, *moralia*, *materia*, *moralia*, *moralia*, ut loquuntur, id est, credenda, speranda, & facienda. Antecedens probatur: quia Deus intimauit nobis Scripturam, ut sit nobis credentibus potentia ad salutem *Roman. 1.* Et omnem suam voluntatem nobis ibi reuelauit, iuxta illud *Augustini epistol. 49. questione secunda.* Linguae sonos, quibus inter se homines sua sensa communicent pacto quodam societatis sibi instituere possunt. Quibus autem sacris diuinitati congruerent, voluntatem Dei sequuntur sunt, qui recte sapientur. Quæ omnino nunquam defuit ad salutem iustitia pietatisque hominum.

**VIII.** Sexto idem probatur auctoritatibus Patrum, Conciliorum, & Iuris Canonici. *Origenes homil. 9. in Exod.* in Euangelijs omnis veritas, & omnis manifestatio veritatis. *Ambrosius lib. de incarnat. cap. 9.* Quod non legi, usurpare non debeo. *Augustinus in Psalm. 66.* Ne putetis, ex alijs Scripturis petendum, quod forte hic deest. Et alibi: *In Euangilio queramus.* Nam si ibi non inuenimus, ubi inueniemus? *Concilium Cabilonense canon 67.* Quid generaliter ab omnibus & in omnibus sequendum sit, quid vitandum, qualiter inter sanctam ecclesiam sit viuendum, qui plenius nosse desiderat, sanctorum Scripturarum prata percurrere non desistat. *In Concilij Basiliensis epistola synodali Urbanus Papa hunc in modum scribens introducit:* Scendum est, quia inde Romanus Pontifex nouas leges condere potest, vnde Euangelista nequaquam aliquid dixerant. Hinc assumo: Atqui Scriptura nihil eorum silentio præterierunt, quæ ad fidem & mores pertinent. *In Concilio Ferrariensi* *sept. 9.* *Bessarion Cardinalis* ait: Sciat addendi symbolo facultatem, non solum Romanae, verum vniuersali ecclesiae, generalique synodo interdictam esse. *Iohannes XXII. Papa Extravag. tit. 14. c. 5.* ita scribit: Articuli fidei in symbolis continentur. Item: Articuli fidei debent probari per Scripturam. Ex his efficitur, ecclesia officium esse, recipere articulos in symbolo comprehensos, & ex Scripturis probatos, non autem nouos condere.

**IX.** Septimum nostrum argumentum nititur præxi ecclesiae perpetua & vniuersali. Nam ecclesia V. & N. T. nullum fidei articulum, siue dogma religionis sacrae, condidit, sed hac in re rependit ab ore Dei. Sic Adam & Eva accepserunt a Deo summam Euangelijs de semine mulieris. Quam sequentes patriarchæ usque ad Abrahamum religiose conseruarunt. Abraham diuinitus accepit promissionem de semine benedicto, obsignata sacramento circumcisionis. Postea Moses diuinitus edocetus præscripsit normam credendi & viuendi: quam propheta explicarunt. Christus doctrinam legis & euangelijs in N. T. clarius exposuit per suos Apostolos, nouaque sacramenta instituit. Hanc doctrinam ecclesia primitiva fideliter & sincere conseruat. Hanc eandem martyres suo sanguine obsignarunt,

## CAP. XI.

### Refellitur sententia Papistarum de auctoritate Ecclesiae in rebus fidei.

**I.** *Papæ Rhemensis in Ad. 10. sect. 8.* aiunt, oportere nos fidem omniaque ad salutem necessaria a superioribus nostris accipere. Et in *præfatione* *sect. 25.* dicunt nostrum esse, in ijs, quæ Scriptura non decidit, consilium ab ecclesia petere. Ecclesia enim (inquit *annotatione in 1. Timoth. 3. sect. 9.*) vñica columna est & firmamentum, cui in omnibus dubiis doctrinis innitendum, sine qua nulla certitudo & securitas esse potest. In omnibus ergo ei fidendum & credendum. Imo auctoritatem habet ecclesia, nouos fidei articulos condendi: vt in Concilio Constantiensis decretum fuit, ad salutem necessarium esse, credere, Papam esse caput ecclesiae. In Concilio Basiliensi profidei articulo defensum fuit, Concilium supra Papam esse, ideoque Eugenius Papa Concilio non obediens, haereseos dominatus, dignitateque moncus fuit.

**II.** Hanc sententiam tribus præcipue argumentis confirmant aduersarij. *Primum* sumunt ex verbis Christi *Iohan. 15. 2. 7.* Spiritus ille veritatis testabitur de me. Sed & vos testabimini, qui a principio mecum estis. *In Rhemensis in Ioh. 15. sect. 8.* sic colligunt: Ergo testimonium veritatis coniunctum in Spiritu sancto & prælati ecclesiae consistit. Quod si ita est, utque ecclesia potest dogmatizare in causa religionis. *Respondeo.* 1. *Testimonium Spiritus sancti & Apostolorum est unum idemque: quia Deus hos legit sibi amanuenses & actuarios, ita ut illi a Spiritu sancto acti, testati sint.* Itaque nullum est argumentum ab Apostolis ad prælatos ecclesiae. 2. *Prælati ecclesiae testantur aut idem quod Spiritus sanctus testatur in verbo, aut aliud. Si prius, audiendi sunt, tanquam interpretes. Si posterius, repudiandi sunt, tanquam aduersarij.*

**III.** *Secundum* argumentum ijdem *Rhemensis* adferunt *annotatione in 1. Timoth. 3. sect. 9.* Ecclesia non errat. Ergo in omnibus audienda est. *Respondeo.* 1. Imo vero ecclesia errat, si ductum literarum non sequatur: ut patet paulo post cap. 14. 2. Quamdiu ecclesia audit vocem Christi loquentis in Scriptura, tamdiu nos ecclesiae vocem audire oportet. Quamdiu autem Christi vocem audit, ab errore præseruatur, & a Christi præceptis ne latum quidem vnguem discedit, nec quidquam filii suis absque voluntate & mandato sponsi sui imponit. 3. Ecclesia, quæ nouum fidei articulum præter Scripturam adserit in medium, non est vera ecclesia.

**IV.** *Tertium*, & potissimum argumentum, constat in inductione & congerie exemplorum. Ecclesia Iudaica V. T. & Christiana N. T. est semper habuit præter Scripturam peculiaria dogmata fidei, & velut articulos. Itaque cum hi articuli sint necessarij ad salutem, nemo non videt, illos auctoritatem suam habuisse ab ecclesia. Aut enim habuerunt auctoritatem à Scriptura, aut ab ecclesia. Non à Scriptura: quia in illa neque explicitè, neque implicitè continentur. Ergo ab ecclesia. Huiusmodi autem dogmata sive articuli in V. T. Test. erant tres præcipue. 1. quod omnes & singuli libri, qui in Canone Iudaeorum configabantur, esent vere diuini, & a Deo inspirati. Hoc fidei credebant Iudei; & tamen nusquam in V. T. scriptum est. 2. quod fœmelle haberent aliquid remedium contra peccatum originale, non minus quam masculi; qualecunque tandem fuerit illud remedium. Nec hoc vñlibi in V. T. scriptum est. 3. quod cruenta ipsorum sacrificia significauerint mortem Christi. Hoc enim erat dogma fidei; nec tamen in V. T. scriptum est. Quod artinet ad N. T. ibi sunt plurima dogmata fidei, quæ non extant in Scripturis. Nos hoc loco erimus contenti istis vñdecim. 1. quod tota Scriptura V. & N. T. est simul sumpta, sit verbum Dei. 2. quod tota illa Scriptura, præsertim in ijs, quæ ad fidem & salutem necessaria sunt, maneat nobis salua & incorrupta. 3. quod habeamus verum ac legitimum illius sensum. 4. quod symbolum fidei sit vere canonicum & apostolicum. 5. quod Spiritus sanctus procedat a Patre & Filio. 6. quod hic articulus verus sit: *Filius à Patre solo est; non factus, nec creatus, sed genitus: Spiritus sanctus à Patre & Filio; non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* 7. quod infantes sint baptizandi. 8. quod baptizati ab haereticis, non sint rebaptizandi, contra errorem Cypriani. 9. quod in baptismō pronuntiari debeat hæc forma verborum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: & nisi pronuntietur, baptismus non sit validus.* 10. quod certus ac determinatus sit sacramentorum numerus in N. T. test. 11. quod B. Maria, mater Christi, semper manserit virgo, etiam post partum, contra damnata Helvidij haeresim. Hæc, & similia, non possunt definiri ex Scripturis, sed ideo creduntur, quia sunt definita ab ecclesia præter & extra Scripturas. Vide *Becanus libro primo manusl. c. 2.*

**V.** Magna hic occurrit moles, ex qua vt nos expediamus, axiomata quædam generalia præmittemus solutioni speciali singulorum argumentorum. *Primum axioma* esto hoc: Articuli fidei strictè dicti sunt numero duodecim: at largo sensu sunt plures. *Secundum*: Principia fidei salutispendent ab auctore fidei, qui est Spiritus sanctus. *Tertium*: Aliquid continent in Scriptura vel *ad fidem* & totidem syllabis, vel per bonam consequentiam inde deducitur. *Quarum*: Quod per bonam consequentiam ex Scriptura deducitur, quæ in illa continentur, atque illud, quod totidem verbis ibi occurrit. *Quintum*: Scripturæ sensus non penderat ecclesia, sed ab ipsa Scriptura. Quod postremum axioma diligenter est obseruandum: quia *Becanus d. l. art. 2. 4.* diserte scribit: Aliqua (nempe ex paulo ante dictis) possunt probari ex Scriptura, quando constat de vero & legitimo Scripturæ sensu. At sepe non constat, quis sit verus & legitimus sensus, nisi ex traditione, & præxi ecclesiae. Sie *Becanus*. At, inquam ego, semper in dogmatibus fidei constat, quis sit verus & legitimus Scripturæ sensus, ex ipsa nempe Scriptura: ut pote quæ radio solis scripta est, & est canon fidei & vitæ nostræ. Iam excutiamus omnia minutatim.

**VI.** Tres articuli recitantur, quos credideit ecclesia Iudaorum extra Scripturam. *Primus* est, quod Iudei vera fide crediderint, omnes & singulos libros in Canone ipsorum, esse *scripturæ*; quod nusquam continetur in V. T. vel explicitè, vel implicitè. *Respondeo.* Hoc est principiū fidei, quod Scriptura sit verbum Dei. Hoc a principiū creditur tribus medijs interuenientibus. Primo enim Spiritus sanctus accedit lumen in cordibus nostris, & nobis persuadet hoc principium esse verum. Hoc est quod ait Thomas, principia scientiarum altiori lumine teneri. Deinde ipsa Scriptura tam est efficax, vt testatur de seipso, quomodo videmus solem testari de se, & orationes Ciceronis ex stylo cognosci. Quo pertinet proverbiū: Ex vngue leonis. Denique ecclesia nobis commendat Scripturam, quomodo parentes & præceptores solent liberis & discipulis suis commendare bonos autores. Porro non vno ordine tria ista media coniunguntur. Nam interdum testimonium Spiritus sancti præcedit, interdum testimonium ipsius Scripturæ, interdum testimonium ecclesiae: prout Deo placet, hominem perducere ad agnitionem veritatis. Breueriter itaque dico, Iudeos in V. T. libros canonicos habuisse pro diuinis, quia Spiritus sanctus hoc ipsis persuasit, ipsi libri de se sunt testati, & ecclesia illos commendauit. At huiusmodi commendatio non facit articulum fidei. Sicut enim qui commendat opera Ciceronis, non facit vt opera illa sint Ciceronis: ita ecclesia dum commendat nobis Scripturam vt canonicas, non facit vt illa sit canonica, neque etiam facit vt hæc sententia, Scriptura est verbum Dei, sit articulus fidei, quia ipsa ita testatur. Hoc enim testimonium est ministeriale tantum & occasionale.

**VII.** *Secundum articulum fidei*, quem ecclesia V. T. statuerit, sic explicant

Plicant aduersarij. Iudei fide credebant, fœmellas concipi in peccato origi-  
nali, non minus quam masculos. Nihil certius. Ergo fide credebant, illas  
fatuari non posse, nisi per aliquid remedium a Deo institutum. Debeant  
autem se in particulari, quod & quale esset hoc remedium. Alioqui om-  
nes fœmelle perirent sine remedio. At nusquam scriptum est in Vetus. Test.  
quod & quale fuerit hoc remedium in particulari. Ergo per solam traditionem  
nem ecclesie hoc sciebant. Hæc autem traditio erat ad salutem necessaria,  
quia sine remedio non poterant fatuari fœmelle: qualecumque tandem fue-  
rit illud remedium, siue fides parentum, siue aliquid aliud. Respondeo. 1. Ar-  
gumentum hoc nimirum falsa hypothese: quasi circuncisio fuerit remedium  
peccati originalis. Quod remedium solis moribus fuit applicatum. Sed heus  
boni viri, quodnam fuit remedium peccati originalis ante institutionem cir-  
cumcisioem? 2. Remedium ~~ad~~ <sup>ad</sup> aduersarius peccatum originale &  
actuale est solus Iesu Christi sanguis, qui purgat nos ab omni peccato. 3. Iohann.  
1. Hæc est fides catholica in V. & N. T. 3. Fœmelle in Vetus. Test. fuerunt san-  
ctificatae in maribus circumcisus. Nam Deus præcepérat ut soli mares cir-  
cumcidarentur, tanquam sexus potior, in quo sexus sequior fuit compre-  
hensus. 4. Femina in Vetus. Test. æque sacrificia expiatoria obtulerunt atque  
mares. Hoc itaq; fuit ipsi remedium, sacramentaliter loquendo, aduersarius  
peccatum originale & actuale.

VIII. Tertius articulus, quem habuisse fingitur ecclesia Iudaica, præ-  
ter Scripturam, est de sacrificijs. Nam Iudei utique vera fide credebant,  
quædam cruenta sacrificia a Deo instituta esse pro expiatione peccatorum.  
Vel ergo putabant eiusmodi sacrificia per se & propria virtute expiare pec-  
cata, vel virtute mortis & passionis Christi, qua per illa sacrificia significab-  
atur. Si prius purabant, erant hæretici: si posterius, erant fideles. Sed unde  
habeant hanc fidem & firmam persuasionem: Non ex Scriptura: quia nul-  
quam in V. T. id scriptum est. Ergo ex traditione ecclesie. Hæc autem traditio  
erat necessaria ad salutem.

Respondeo. Certum est, hoc fuisse dogma fidei in V. T. quod sacrificia  
expiatoria præfigurauerint mortem Christi. Hoc autem dogma non  
fanxit ecclesia, sed ipse Deus in paradiſo, quando promisit semen mulieris,  
instituit sacrificia, & protoplatus induit pellibus occisorum animalium.  
Etenim sacrificia fuerunt appendix promissionis de semine mulieris: unde  
nemo non potuit colligere, ut promissio erat verbum audibile, ita sacrificia  
esse verbum visibile & concionem realem de Mæſia. Similiter occidio ani-  
malium, ex quorum pellibus Deus parauit Adamo & Euæ vestimenta, i-  
plos manuduxit ad Mæſiam, cuius occisi sanguis est pallium salutis nostræ.  
Deinde Gen. 8. 21. dicitur, Deum odoratum fuisse odorem quietis, seu odo-  
rem placatiuum, id est, odorem sacrificij Mæſiae, quem odor carnium a Noe  
sacrificatarum, repræsentabat. Neque enim odor carnium potuit esse odor  
quietis, acquiescentia, placationis. Tertio ut reliqua figuræ, ita quoque  
sacrificia expiatoria fuerunt typi Mæſiae, & symbola fœderis gratiæ, ex pri-  
ma sui institutione. Denique Deus apud prophetas passim repudiavit opus  
operatum sacrificiorum. Quo ipso docere voluit Iudeos, sacrificia ipsi non  
placere, nisi ut sigilla fœderis, & typos Mæſiae. Vide in primis Psalm. 50. &  
51. Ex his efficitur, ipsam Scripturam Vetus. Test. continere hoc dogma fidei, sacrificia expiatoria significasse sacrificium Mæſiae. Quod erat probandum.

IX. Dispiciamus nunc, an ecclesia n. t. sanxerit quædam dogmata fidei.  
Quod atrinet ad tria priora, certum est, si illa non admittimus, vanam  
esse nostram fidem. Si vero admittimus, an ideo admittimus, quia ecclesia  
ita statuit: Non sane. Nam primo, quod tota Scriptura V. & N. T. sit verbum  
Dei, Spiritus sanctus nobis persuaderet loquens in Scriptura & in ecclesia.  
Confer cum §. 6. proxime preced. Deinde, quod tota illa Scriptura, præsertim  
in ijs, quæ ad fidem & salutem sunt necessaria, nobis maneat salua & incor-  
rupta, ipsa Scriptura docet, quæ toties prædicat perpetuitatem verbi Dei.  
Vbi excellit illud Christi, Cœlum & terra præteribunt potius quam vnicum  
iota vel apex legis Matth. 5. Prætereo alia argumenta, quæ suppedit ipsa  
Scriptura de sui conseruatione perpetua. Tertio, quod habeamus verum &  
legitimum Scripturæ sensum, id vero non habemus à testimonio ecclesiæ  
principaliter, sed tantum ministerialiter. Nam ipsa Scriptura, utpote lex &  
lucerna, seipsum explicat. Quare nos admittimus hæc tria principia fidei,  
non quod ecclesia ita statuat, sed quia Spiritus sanctus, qui est supra Scriptu-  
ram; maiestas rerum, quæ est intra Scripturam & vox ecclesiæ, quæ est in-  
tra Scripturam, ita testatur: ille principaliter, ista & hæc ministerialiter.

X. Quarto, quod symbolum fidei sit canonicum & Apostolicum, pa-  
ret ex collatione ipsius cum S. literis: quia est ipsarum compendium, quan-  
tum ad ~~me~~ <sup>me</sup> servia. Sed obiicitur illud Basilius in lib. de Spiritu sancto cap. 27.  
Omitto cætera, ipsam fidei professionem, qua credimus in Patrem, Filium,  
& spiritum sanctum è quibus Scripturis habemus: quasi dicat: Non habemus  
ex Scriptura, sed ex traditione. Hoc enim conatur probare, multa esse  
dogmata, quæ credimus, non quia scripta sunt, sed quia ab apostolis tra-  
dita.

Respondeo. 1. Symbolum Apostolicum proculdubio primitus confla-  
tum est ex illa formula baptismi Matth. 28. & Marc. 16. Baptizantes eos in  
nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti. Itaque illam fidei professionem, quam  
Basilios ibi recitat, ex Scripturis habemus. 2. Traditionem Apostoli-  
cam admittimus, hoc est, illam, quæ est pars, non vero mantissa Scri-  
pturæ.

XI. Quinto, quod Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio, constat  
ex Scripturis. Nam Iohann. 15. 26. Christus dicit, quod missurus sit à Patre  
spiritum veritatis, qui procedit à Patre. Hinc ita dispiro. Pater à nemine  
mittitur, quia à nemine est, sed a se. Filius à Patre mittitur, quia est à Pa-  
tre. Itaque quia Spiritus sanctus ab utroque mittitur, etiam ab utroque est.  
Ita hæc est causa, quod Spiritus sanctus appellatur non tantum Patris Matth.  
10. 20. sed & Filii, & Christi Spiritus Gal. 4. 6. Rom. 8. 9. Phil. 1. 19. 1. Petr. 1. 11.  
Quin accipit non à Patre tantum, sed & à Filio, quæ nos docet, Iohann. 15.  
ver. 14. 15. Denique ipsum mittendi, & missio, & datio, & effusio, & quæ  
cum ea cohærent, etiam Filio tribuuntur. Iohann. 20. 22. Actor. 2. Itaque  
quod Spiritus sanctus à Patre & Filio procedat, non constat primario, vel  
tantum, ex symbolo, in quo dicitur, *Qui à Patre Filioque procedit: sed ex Scir-*  
*ptura, quam interpretatur istud symbolum.*

XII. Sexto, ille articulus symboli Athanasii; *Filius à Patre solo est, non*

*factus &c. vt recitauimus supra §. 4. et si non extat in Scriptura, quantum ad  
singulas particulas: tamen res ipsa & sententia ibi occurrit. Nam quia Christus  
est Filius Dei unigenitus Iohann. 3. est à Patre per generationem. Quia  
est Deus super omnia laudandus in secula, Roman. 9. ver. 5. Deus ille ma-  
gnus, Tit. 2. 13. qui condidit omnia, Iohann. 1. Coloss. 1. utique non est factus,  
non creatus. Similiter Spiritus sanctus, quia est verus Deus Act. 5. non est fa-  
ctus. Et quia procedit à Patre, Iohann. 15. & distinctus est à Patre & Filio, Ioh.  
14. 16. c. 15. 26. non est genitus, sed procedens.*

XIII. Septimo, quod infantes sint baptizandi, ex Scripturis demon-  
stratur nona uno modo. Nam *ταῖς οὐρανοῦ σπερματικαῖς* ab Apostolis & illorum  
successoribus, sunt baptizandi, Matth. 28. Iam vero infantes Christianorum  
sunt tales *μεταβολὴν τηνόντων* utpote nati ex *μεταβολὴν τηνόντων*, id est, ex Christia-  
nis & discipulis Christi. Sic enim ex Iudeis circumcisis nati infantes ma-  
sculi fuerunt circumcidendi, quia Iudei erant: ita ex Christianis baptizati  
nati infantes, tum mares, tum fœmelle, sunt baptizandi. Deinde Apo-  
stoli baptizarunt integras familias, numero plurimas. Itaque aut omnes in  
illis familijs baptizarunt, aut non. Si omnes, etiam infantes. Si non omnes,  
sed tantum adultos, illæ familiae non facte fuerunt Christianæ: quia liberi  
fuerunt præteriti. Tertio nulla potest adferri ratio alicuius pretij, quare in-  
fantes Christianorum non sint baptizandi: è contrario autem solidâ illa ra-  
tio, quod ij qui sunt capaces fœderis, etiam capaces sint signi, quod sint in  
fœdere, latius docerillos esse baptizandos, quemadmodum in V. T. infantes  
accipiebant signum fœderis, nempe circumcisionem. Sed obiectum Ori-  
genem & Augustinum. Ille enim *super Roman. 6.* ait. Ecclesia ab Apostolis  
traditionem accepit, etiam parvulis baptismum dare. Hic lib. 10. de Genesi ad  
literam cap. 23. inquit: Consuetudo marris ecclesia in baptizandis parvulis  
nequaquam fœranda est, neque vlo modo superflua deputanda; nec omni-  
nino credenda, nisi apostolica esset traditio. Respondeo. 1. Traditio ista est  
in homogenea Scripturis. Itaque non concluditur quæfatio. An ecclesia possit  
in rebus fidei aliquid statuere præter Scripturam. 2. Patres subinde abusue  
accipiunt vocabulum traditionis, pro doctrina tradita, videlicet in Scriptu-  
ris.

XIV. Octavo, quod baptizati ab hæreticis, non sint rebaptizandi, ex  
Scripturis constat primatio; ex traditione, quatenus illa subordinatur Scri-  
pturis. Docet enim Scriptura, baptismum semel duntaxat esse conferendum,  
Matth. 28. collato cum praxi circumcisionis, praxi Iohannis Baptiste, & A-  
postolorum. Frustra itaque sunt aduersarij, quando nobis obiectum illud  
*Augustini lib. 2. contra Donatistæ cap. 7.* Quam consuetudinem (scilicet non  
repetendi baptismum) credo ex apostolica traditione venientem. Et lib. 5.  
cap. 23. Consueto illa, quæ opponebatur Cypriano, ab Apostolorum tra-  
ditione, exordium sumisse credenda est. His enim verbis Augustinus docet,  
traditionem esse apostolicam, & proinde non esse præter aut extra Scriptu-  
ram apostolicam.

XV. Nonno, quod in baptismō pronuntiari debeat hæc forma verbo-  
rum. Ego baptizo te in nomine Patris, &c. & nisi pronuntietur, baptismus non  
sit validus, falso est. Nam Deus non alligavit nos ad ullam formam ver-  
borum, qua inter vsum sacramentorum utatur. Nullam etiam huiusmodi  
certam ab Apostolis usurpatam esse constat: quia illi promiscue baptizarunt  
in nomine Trinitatis, & in nomine Iesu. In primis vero impium est, certo-  
rum verborum pronuntiatio ex opere operato vim adscribere. Neque ta-  
men ideo negamus, recte adhiberi formulam illam, *Ego te baptizo in nomine  
Patris, Filii, & Spiritus sancti;* tum quia à Christo præscripta est, tum quia nos  
discriminabat hostibus sacrosanctæ Trinitatis, tum denique quia visita  
et passim in ecclesia: vt iam nihil dicam de eo, quod est communitorum  
fæcundia, & neruus consolationis, quando nobis ponit ob oculos Dei Pa-  
tris, Filii, & Spiritus sancti beneficia erga nos; & nostrum officium aduersus  
ipsos.

XVI. Decimo, quod certus ac determinatus sit sacramentorum nu-  
merus in N. T. hoc tam Catholici, quam aduersarij credunt. Hoc interest,  
quod Catholici credant illum numerum esse septenarium; plerique Luthe-  
riani ternarium; multi Calvinisti binarium. At hic certus numerus, quic-  
quis tandem sit, in Scriptura definitus aut expressus non est. Catholici fa-  
tentur, se ex traditione & declaratione ecclesiæ habere suum septenarium.  
Aduersarij videant, unde habeant suum binarium, aut ternarium. Certe ex  
Scriptura non habent. Hæc est oratio Beconi. *Nostra autem sic est. Bi-  
narius sacramentorum N. T. numerus probatur ex V. & N. T.* Nam vt in Vetus  
T. fuit circumcisione sacramentum initiationis, & pascha sacramentum con-  
firmationis: ita in N. T. circumcisioni successit baptismus, pascha sacra co-  
na. Deinde Christus tantum instituit duo ista sacramenta. Ergo non sunt  
plura. Si traditio ecclesiæ plura constituit, merito repudiatur tanquam hete-  
rogenea & dissentanea à canone N. T.

XVII. Undecimo & postremo, quod B. Maria manserit virgo ante par-  
tum, in partu, & post partum, non est articulus fidei. Recte enim Basilios  
doct, Mariam semper virginem permanisse à nativitate Domini, non esse  
ad salutem necessarium credere, modo ante nativitatem eius virginem fu-  
isse credamus. Sed obiectur, Hieronymum, Epiphanius, Augustinus,  
& alios discrete fateri, Heluidianos seu Antidicomarianos fuisse hæreticos,  
quod virginitatem Mariæ contradixerint, contendentes, ipsam post Christum,  
alios etiam filios de viro suo Ioseph peperisse, vt sunt verba *Augustini lib. de  
hæretibus cap. 84.* Quare si hæc fuit hæresis, contraria sententia erit dogma  
fidei.

Respondeo. Est si vere improbanda est sententia Heluidij: non ramen-  
tis hæresis, stricte sumto vocabulo. Nam si late sumatur, vere est hæ-  
resis. Quo sensu dicuntur hæresis, id est, sectæ, apud  
philosophos.

06(?)90

CAPVT XII.

*Vtrum in Ecclesiam Catholicam sit credendum.*

**I.** **H**æc quæstio pendet ab illa præcedente de autoritate & potestate Ecclesiæ. Nam si ecclesiæ competunt quinque ista, quæ recitauimus *supracap. 10. §. 1.* merito in illam credimus. Et rursus si non competit, non debemus in illam credere. Quam posteriorem sententiam approbamus, & ita probamus. 1. In solo Deo, non autem in hominibus, vltate creature fiduciam collocare oportet. Atqui ecclesia est creatura, seu hominum multitudo. Ergo. Probatur maior. Hæc phrasis, *Credere in Deum*, est propria deitatis in quarto modo. Vnde contra Arrianos concludimus, Christum esse Deum, quia in eum iubemur credere. 2. In illum credendum non est, quippe in aliud credit. Sed ecclesia credit in Deum. Ergo in ecclesiam non est credendum. Propositionis maioris ratio est; quia fides & fiducia postremum Christianorum refugium est. Atqui si in ecclesiam quoque credendum esset, fides non posset esse extreum Christianorum refugium; quia præter fidem in ecclesiam, etiam alia fides foret in Deum. 3. Vnum idemque est obiectum fidei, qua in aliquem credimus. Sed si in ecclesiam quoque credendum esset, varia essent obiecta istius fidei: Deus videlicet & ecclesia: & quidem obiecta toto genere diuersa. 4. Si credendum est in ecclesiam, aut in Catholicam, aut in particularem credendum est. Non in catholicam: quia neque in triumphantem, neque in militantem. Non in illam; quia membra ipsius sunt nostri conservi. Non in hanc; quia pars in parem non credit. Non in particularem; quia constat ex bonis & malis. 5. Si debemus credere in ecclesiam, pari ratione credendum nobis erit in communionem sanctorum, remissione peccatorum, & cætera quæ sequuntur. Athoc nemo dixerit. 6. Veteres hoc innuerunt voluerunt, quando tria ista eleganter distinxerunt: *Credere Deo, Credere Deum, Credere in Deum.* Duo priora sunt communia, tertium est proprium in quarto modo. Nam sicuti credimus Deo loquenti, & credimus Deum esse: ita quoque credimus ecclesiæ, verbum Dei sequenti, & credimus ecclesiam esse. At non sicuti credimus in Deum, collocando fiduciam & spem nostram in ipsum tanquam creatorem & redemptorem nostrum: ita quoque debemus credere in ecclesiam. 7. Ex hypothesi Papistarum ita ratiocinamur. Fides est rerum absentium & inuisibilium. Sed ecclesia in terris semper praesens est & visibilis. Ergo non potest esse obiectum fidei, qua credimus in aliquem. 8. Huc accedit Augustini testimonium *serm. 131. de tempore:* Scendum est, quod ecclesiam credere non tam in ecclesiam credere debemus; quia ecclesia non est Deus, sed dominus Dei. *Idem homil. 3. ad Neophytos:* Non quomodo in Deum credimus, sic in ecclesiam sanctam catholicam; quæ propterea sancta & catholica est, quia certe credit in Deum. Non ergo diximus, vt in ecclesiam, quasi in Deum crederetis, sed vt in ecclesia sancta conuersantes in Deum crederetis. *Quod Augustini dictum citatur Decret. p. 3. dist. 4. c. 73.*

II. Contra hanc sententiam disputatione Rhemensis annotat. in 1. Tim. f. 9. vbi ecclesiæ in omnibus fidendum & credendum, imo in ecclesiam ipsam credendum esse affirmant. Rationes adferunt duas: quæ resoluuntur in unicam istam, quod Scriptura utatur hac loquendi forma *Credere in homines*: ut sunt verba nostrorum Rhemensium annotat. in 10. Roman. f. 41. Sed distincte soluamus utramque rationem. Primam sumunt ex Exod. 14. 31. Crediderunt in Deum & Moysen. Respondeo. Atqui vulgata versio Latina habet, Crediderunt Deo & Moysi eius. Postquam enim summam Dei potentiam vidissent, quam ille per Mosen in Ægypto & deserto exeruerat, Mosi plis à Deo loquentis fidem habuerunt. Secunda ratio dicitur ex Phil. ver. 5. Audiens tuam charitatem & fidem, quam habes erga Dominum Iesum, & erga omnes sanctos. Respondeo. Est fallacia compositionis & divisionis. Nam charitas & fides referri debet ad Christum, charitas tantum, ad sanctos.

III. *Tertia ratio*, qua vuntur patroni huius sententia, sumitur ex symbolo Niceno. *Kai eis το πειραμα το γραπ, το λαλησαν Διγ. το φυτων.* iis misce d'icu νεθελικην η απειρολικην εικανης id est, Et in Spiritum sanctum, qui locutus est per prophetas. In unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Vbi διδονοντενον repetere oportet vocem πιστεψη, Credimus. Hoc sane symbolum magna est authoritatis & antiquitatis. At in eo occurrit haec formula, Credo in ecclesiam.

*Respondeo.* 1. Magna est huius symboli authoritas: sed maior symboli apostolici, maxima Scripturæ sacræ. 2. Sicut parvus nævus in formo corpore non curatur: ita in hoc symbolo non offendere nos debet ista hallucinatio. Oportet cum Semō & Iapheto tegere verenda Noachi, non vero cum Chamō illa deridere. 3. Fieri potuit, ut particula *ei*: irreperitur, & ita ex uno exemplari in aliud sit transcripta. 4. Si vrgearunt antiquitas huius symboli, regerimus, maiorem esse antiquitatem symboli apostolici, quod retinet proprietatem sermonis: ut & ali prisci ecclesiæ Dd. puta author libri de expositione symboli, Augustinus, &c. Sed missam faciamus hanc controversiam: quia nobilio res aduersariorum nullam litem hic nobis mouent.

C A P. XIII.

*Quam authoritatem habeat Ecclesia circa ceremonias.*

I. **R** E&te dixit, quicunque dixit, potestatem descendere, non ascendere. Hoc est, neminem habere potestatem in ea, quae sunt supra, sed infra ipsum. Ita quoque ecclesia non habet potestatem in ea, quae sunt supra ecclesiam, sed quae sunt infra ecclesiam. Supra ecclesiam vero sunt non tantum dogmata fidei, sed etiam ceremonia diuinis instituta & mandata. At infra ecclesiam sunt ceremonia adiaphoræ, utpote humanitas introduc&ta, & externo tantum ordini seruientes. De his posterioribus ceremoniis ita statuimus. Ecclesia, illiusque præfecti habent potestatem liberos quodam ritus instituendi: sed quorum norma unica sit ipsum Dei verbum, de spestanta semper ædificatione, deque *intra* ecclesiæ, seu ordine & deco-

ro. 1. *Corinth.* 14. Opinionem vero præcisæ necessitatis, item meriti coram  
Deo, vtr & nimiam ipsorum rituum multitudinem, nimiamque curam, & i-  
nanem pompam plane damnamus. Duæ itaque sunt partes nostræ theses:  
vna de re, quod nempe ecclesia possit instituere ceremonias; altera de modo.  
Vtramque confirmabimus.

II. Quod ecclesia, seu prefecti ecclesiarum, habeant autoritatem, præter Scripturam instituendi & abolendi ceremonias adiaphoras, ita probatur. 1. Absque ceremoniis vniuersum sacrum ministerium, in hac hominum ruditate, fere infructuosum est. Itaque necessarium est, ut ceremoniæ quædam adhibeantur, quæ populum contineant in deuotioне. 2. Et si magna moderatio in ceremoniis adhibenda sit ecclesiæ, & in ijs modus obseruandus: maiorem tamen habet libertatem in ceremoniis & ritibus, qui ordinis & decori causa instituuntur, quam in doctrina fidei & religionis. Nam doctrina salutis semper eadem est, & mutari non potest, conscientiam præterea concerat: sed ritus & ceremoniæ indifferentes, sunt externæ, & ordinis duntaxat gratia præceptæ: neque vniuersales sunt, eadem in unaquæ ecclesia, neque perpetuæ, sed mutantur secundum loca, tempora, & occasiones. At hæc dogmata fidei & præcepta doctrinæ Christianæ aut directe exprimuntur in Scripturis, aut necessario ex illis concluduntur. At ceremoniæ & ritus externi & indifferentes particulariter in verbo Dei non explicantur. Quædam tantum generales regulæ sunt in verbo Dei propria, secundum quas omnes ceremoniæ, quæ in ecclesiam introducuntur, examinandas sunt: de quibus paulo post. 3. Ecclesia Iudaica habuit ius & potestatem, eiusmodi ceremonias & ritus instituendi. *Eph. 9.1. Maccab. 4. Iohann. 10.* Et ecclesia primitiva idem ius usurpauit. *Aetorum 15.1. Cor. 11.*

III. Modum, quem in huiusmodi ceremonijs obseruare oportet, sequentibus regulis (quas solidis rationibus muniuimus) circumscribimus. 1. *Accurate distinguendum est inter ceremonias necessarias & adiaphoras.* Necessariae sunt, quæ a Deo, & Christo sunt instituta, & nobis cum singulari mandato traditæ. Adiaphoræ sunt, quæ humanitus introductæ ex-tero tantum ordini seruunt. Sic verbi gratia sacramenta, præcise accep-ta, sunt ceremonia sacra, quas ecclesia mutare non potest aut debet; quia sunt diuinus instituta, & perpetuum mandatum habent. Ratio huius regulae est; quia diuina cum humanis commiscere, & libertatem Eu-an-gelicam prodere est impium. Hoc autem vtrumque sit, si ceremonia ne-cessariae & liberæ confundantur. 2. *Omnia debent fieri ad gloriam Dei.* Si enim in omnibus actionibus, etiam in his obseruare oportet hanc regulam. Et rursus, si in actionibus ciuilibus, multo magis in ecclesiasticis hoc spe-ctare debemus. 1. *Corinthiorum decimo, ver. trigesimo primo.* Contra hanc regu-lam grauite peccant Papistæ, quando peccatorum remissionem suis vi-tationibus, & similibus superstitionis ceremonijs adnectunt. Hoc enim præ-terquam quod institutioni Christi plurimum derogat, vt pote qui auditio-nem verbi & vium sacramentorum pro medijs gignenda & augenda fidei constituit: etiam satisfactionem mortemque Christi plurimum obscurat. 3. *Omnia decenter & ordine fieri debent.* Id enim præcepto apostoli 1. *Corinth. 14. ver. 40.* & gratuitæ ecclesiae Christi conuenit. Quare omnes ridicule, leues, & inutiles ceremonia abolendæ sunt. 4. *Omnia sicut sine offendiculo.* Id enim iubet canon charitatis 1. *Corinth. 10. ver. 32.* & scopus ceremonia-rum postulat. Introducunt enim illæ, vt iuuent & promoueant nos in cultu Dei. 5. *Omnia fieri debent ad edificationem,* 1. *Cor. 14. 12.* Ideo enim insituuntur ceremonia, vt ædificetur ecclesia. 6. *A ceremoniis ecclesiasticis abste-  
opinio; racia necessitatis; & meriti coram Deo: item nimia rituum multitudine, ni-  
miaque cura, & inanis pompa.* Ratio primi est; quia omnis id est opus curia. hoc est, cultus electitius seu voluntarius, extra Dei verbum excogitatus, Deo displacebit, *Coloss. 2.* Hinc frustra dicuntur Deum colere, qui humanis ritibus & traditionibus ita nituntur, vt eas diuinis præceptis exæquent, sive a-liquam diuini cultus partem in ijs sitam esse putent, *Ez. 2. 9. Matth. 15. Marc. 8.* Ratio secundi est; quia ceremonia à Deo præcepta non habent rationem meriti. Quid? Vnum Christi meritum est nostrum meritum coram Deo. Huc accedit, quod nullum opus operati est meritorium. Ratio tertii, quarti, & quinti est; quia haec oīa & modestia, & simplicitati, & similib. attributis atq; priu-legiis sunt aduersa, nouoque Iudaismo in ecclesia Nouo Testam. viam sternunt. 7. *In ceremoniis liberis nihil statuatur aduersum & contrarium li-  
bertati Christiana.* Nam hac ratione via sterneretur Spirituali tyranndi. Cum enim simus liberati ab onere & iugo ceremoniarum, *Galat. 4.* & sciauenda est non solum multitudine ceremoniarum, sed etiam nescio quæ o-pinio necessitatis. Atque hinc est, quod ne Apostoli quidem ipsi laqueum conscientijs aliorum iniçere voluerunt, 1. *Corinth. 7.* sed ritus, a seipsis etiam approbatos, extra casum scandali, & contemtus, adiaphoros esse voluerunt, *Actorum 15. 1. Corinth. 8.* Non igitur hodierni ecclesiarum præfeci-maiorem hic potestatem, aut severitatem exercere debent. 8. *Illa ceremonia  
omnium purissima sunt, que maxime accidunt ad exemplum primitivæ Eccle-  
sia.* Ita enim propius accedit ad originem & fontem ipsum. 9. *Cultus Nou-  
Testam. est simplicissimus, & maxime spiritualis.* Id Christus docet *Iohann. 4.* Quare cum ceremonia tantum ad externum hominem, non autem directe ad conscientiam pertineant, *Hebreorum 9. & 10.* nimia cura & satagentia, hic est cauenda. 10. *Vitare oportet omnem ῥωγμὴν in ceremoniis introducen-  
dis.* Illa enim est ridicula & periculosa. 11. *Abusus non tollere debet vi sum.* O-poret enim tollere abusum, vt maneat verus vius. 12. *In ceremoniis Iudaicis  
oportet accurate distinguere το ἀριστὸν καὶ τὸ πειρόν.* Sunt enim quædam in i-plis, quæ non licet imitari: de quibus *Glossa ordinaria de quatuor Conciliorum  
primitivæ Ecclesia* sic ait: Modus colendi Deum per exteros ritus & cere-monias legis, quia haec fuerunt vmbra Christi & mysteriorum eius, ideo adueniente veritate Euangelica euauerunt, & illicita facta sunt, &c. Huc facit regula illa iuris ciuilis *Cod. libro septimo, titul. 6. lege prima.* Absurdum est ipsa origine rei sublata, eius imaginem relinquiri. Nam vero lex Iu-dæorum ceremonialis est sublata. Ergo & ipsæ ceremonia, quæ licet imi-tari: ea nempe, quæ faciunt ad ordinem in ecclesia retinendum. 13. *Non  
oportet ceremonias introducere, quæ solent seducere ad superstitionem, vel abdu-  
cere à deuotione.* Nam illud est impium, istud noxiū. Faces lantitaque omnes ceremonia, quæ extinguunt & destruunt potius omnes spirituales & internas motiones, piorumque corda à spirituali & interno Dei cul-tu, ad exterius & friuolas inceptias abstrahunt. 14. *Non qualisunque con-*

# LIBER PRIMVS

uenientia, seu analogia facit ut ceremonia aliqua sit probanda. Nam ingenium humanum hic absque modo & fine luxuriare potest. Plura in hanc sententiā vide in supplemento nostro tomi 4.c. 14. de ceremoniis Missae. Iam videamus, quid sentiant aduersarij, magistri illi ceremoniarum felicissimi an infeliciſſimi?

I V. Tria autem in ipsorum sententia distincte sunt examinanda. Primum est de potestate & iure ecclesiae circa ceremonias: secundum, de ipsis ceremoniis, hoc est, illarum natura & efficacia: tertium, de ceremoniarum istarum vsu. Quod attinet ad primum, aduersarii tribuunt ecclesiae potestatem fere immensam, quando contendunt. 1. Ecclesiam Romanam optimo iure instituisse totum illum apparatus ceremoniarum, quem hodie in Papatu cernimus. 2. Ecclesiam habere potestatem ritus ac ceremonias à Iudeis mutuandi. 3. Ecclesiam habere potestatem, diuersa elementa & creaturas, ad cultum Dei adhibendi & consecrandi: cuiusmodi sunt aqua lustralis, consecratio salis, ceræ, ignis, cinerum, palmitum, olei, lactis &c. Primam propositionem ita probat Bonnerius. Ecclesia primitua fuit in infantia, neque illam perfectionem ferre potuit, quæ postea ceremoniis complenda fuit. Et communis est Papistarum opinio, vt est apud Coferum, ecclesiana progressu temporis profecisse magis ac magis, ideoque optimo iure ceremonias illas introduxit.

Respondeo primo. Itane vero? Quomodo hoc conuenit etiū Prophetiis Nou. Testam. de defectione & hæresibus, quæ inuident tempore proecedente & in peius ruente? Quomodo hoc idem conuenit cum dictis Patrum, qui ecclesiæ primituam, virginem fuisse docent, & succello temporis metetrem factam esse conqueruntur? Sane nimis absurdum est, existimare vilius ecclesiæ statum puriorum esse, quam primituam sub Apostolis & viris Apostolicis. Vnde Grégorius Nazianzenus oratione 3. ad Gregorium Nyssenum recte scribit: Sanctorum Patrum constitutiones, qui proximiores Christo fuerunt, agnoscamus. Ut ergo aqua fontib. ppiores, puriores sunt: sic tempora Christo proximiora, fuere puriora. 2. Ceremonie primus inventæ & introductæ fuerunt propter rudem infantiam & infirmitatem ecclesiæ Veteris Testam. Itaque maioris perfectionis signum fuit in primitua ecclesiæ, quod paucas habuit ceremonias. Ergo maioris ruditatis indicium est in Ecclesiæ Romana, quod tam multas haber ceremonias, easque partim ridiculas & inutiles, partim blasphemias & impias. Sed ex Bellarmine tractat de sacramentis in genere, libro secundo, cap. trigesimo primo, tria obiecti solent. 1. quasdam ceremonias ecclesiæ Romanae, ab ipso Christo & Apostolis esse adhibitas vt sputum, impositionem manuum, extremamunctionem. 2. Synagogam Iudaicam instituisse ceremonias extra verbum Dei, Eth. 9. 1. Maccabœorum 4. Iohann. 10. 3. Apostolos idemius usurpasse, & instituisse quoque ceremonias extra Scripturam, Actorum 15. 1. Corinthiorum 11. Ergo ecclesiæ Nou. Test. idem ius habere: præsertim quia dignitas ecclesiæ ita postulat. Respondeo ad primum. Hic locum habet illud vulgatum: Duo cum faciunt idem, non est idem. Deinde impositionem manuum potest hodieque adhiberi. Quod attinet ad uunctionem extremam, illa expirauit: quia celata signato celare quoque signum sive symbolum. Cessauit autem donum sanationis, quod vigebat in primitua Ecclesiæ. ad secundum. Sane ecclesiæ N. Testam. idem ius habet cum synagoga Vef. Testam. quantum ad ritus adiaphoros: verum ita, vt sibi moderetur hac in re: quia cultus Nou. Testam. est simplicissimus, & maxime spiritualis. Et vero loci, qui citantur a Bellarmine, agunt de rebus indifferenteribus: cuiusmodi sunt festum Purim Eth. 9. & Encænia, 1. Maccabœorum 4. & Iohannis decimo ad tertium. ecclesia præfens non eandem cum Apostolis autoritatem habet, ne quidem in ritibus ordinandis. Etsi interim non negamus, ipsam habere ius introducendi ritus adiaphoros. Porro quod dicit Bellarmenus, dignitatem ecclesiæ ita postulare, idem refutatum est. Neque enim dignitas ecclesiæ Nou. Testam. metienda est pompa & multitudine ceremoniarum: sed claritate, simplicitate, amplitudine tum doctrinæ, tum rituum. Sed Beccanus libro primo manual. cap. 2. adducit varia exempla rituum Ecclesiasticorum, quos dicit ab Apostolis per solam traditionem acceptos esse. Sunt autem hi potissimum. *Primus*: vt exorcismus, & aliæ ceremoniæ adhibeantur in baptismo. Tertullianus in libro de corona militis cap. 3. Basilius in libro de Spiritu sancto cap. 27. *Secondus*: vt trina missio fiat in baptismo. Basilius ibid. *Tertius*: vt Christus singulis annis renouetur. Fabianus Papa & Martyr. epist. 2. ad Episcopos orientis. *Quartus*: vt aqua vino misceatur in calice Eucharistico. Cyprianus libro secundo epist. 3. *Quintus*: vt eucharistia sumatur a ieuniis. Augustinus epist. 118. *Sextus*: vt in sacrificio Missæ ore tur pro defunctis. Tertullianus l. d. *Septimus*: vt signum crucis formetur in fronte. Basilius l. d. *Nonius*: vt aqua benedicatur. Idem. De his & similibus recte usurpari potest illud Tertulliani libro citato cap. quarto. Harum, & aliarum eiusmodi disciplinarum, filem expostules Scripturarum, nullam inuenies. Traditione tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Præter supra dictas traditiones, quæ ab Apostolis ad nos peruererunt, sunt alia quædam ecclesiasticae, quæ post tempora Apostolorum, à prælatis ecclesiæ introductæ sunt; & tametsi parem cum Apostolicis autoritatem non habent, merito tamen à Christianis seruari debent. De utrisque loquitur Augustinus epist. 118. cum ait: Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus; quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima authoritas, commendata atque statuta retineri; sicut quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, anniueraria solemnitate celebrantur. Et si quid aliud tale occurrerit, Quod feruatur ab vniuersa, quacunque se diffundit, ecclesia. Nam per illam particularam, Vel ab ipsis apostolis, intelligit traditiones Apostolicas: & per illam, Vel plenariis conciliis, intelligit ecclesiasticas. De quibus subdit: Insolentissimæ insinuæ est, disputatione, an faciendum sit, quod tota per orbem frequentat ecclesia. Hactenus Beccanus. Cui iam satisfaciendum est. Respondemus autem distincte. 1. Non statim est traditio Apostolica, quod venditatur & palliatur isto nomine. Sacra cœna, fractio panis, & similia, sunt traditio Apostolica, 1. Corinthiorum. 11. Similiter pædobiaptismus, & alia, quæ in Scripturis fundamentum habent. Eiusmodi autem non sunt exorcismus, & aliæ ceremoniæ ridiculae, quæ in baptismo adhibentur. 2. Admittimus distinctionem traditionis in Apostolicam, & Ecclesiasticam: & illam quoque huic præponimus longo intervallo. 3. Tertullianus & Augustinus loquuntur de traditionibus & ceremoniis; quæ non pugnant cum Scripturis; quæque ab vniuersalitate ecclesiæ Tom. V.

# CAP. XIII. & XIV.

73  
primitiva sunt obseruata. Et has probamus. 4. *Exorcismus* non recte adhibetur in baptismo: quia infantes Christianorum non sunt corporaliter obseſſi a malo Spiritu: quem in primitiva ecclesia ex Energumenis eiciebant, qui hoc donum extra ordinem habebant. 5. *Trina missio in baptismo* est titus adiaphorus. Utiliter tamen retinetur, nē scandalum detur infirmis. 6. *Renatio christiatus* est ritus superstitionis: quia nullius rei est symbolum. 7. *Aquam vino miscere in calice Eucharistico* est ceremonia indifferens: quia in locis calidioribus, vbi vina sunt admodum fortia, utiliter adhibetur. 8. *Ieiunio Eucharistica*, & ipsa est adiaphora. Nam Christus & Apolloli non sumerunt ipsam lejuni. 9. *In sacrificio Missæ orare pro defunctis*, est superstitionis, inutile, & literis aduersum. 10. *Signum crucis formare* est ritus indifferens, si absit opinio operis operati. 11. *Benedictio aqua* est ritus superstitionis extra ritus baptismi.

V. Secunda proposicio de potestate ecclesiæ circa ceremonias, est Rhenensis, qui annotat in 1. ad Timotheum 4. sectione 18. assertur ecclesiam posse mutuari ritus & ceremonias à Iudeis. Hanc ita probant. Sanctus Paulus impositione manum; quæ ceremonia legis fuerat, in consecratione sacerdotum quandam usurpatæ, vñus est. Ergo à Iudeis ceremonias mutuo sumere licet. Respondeo primo. Magna præsumtio est, existimare, licitum esse ecclesiæ, quidquid Christo & Apostolis licet. Non itaque sequitur: Christus, & Apolloli spiritus sancti instinctu, decentes aliquot ceremonias in legi vestitatis retinuerunt. Ergo nunc quoque liberum est ecclesiæ Iudaicas ceremonias usurpare. 2. Quædam ceremonia Iudaica possunt hodieque retineri: euīusmodi est impositione manum, à Paulo adhibita. 3. In imitatione ceremoniarum Iudaicarum vita hæc est, superstitio, & protinus. Quæ tria coniunctim obseruare licet in quam plurimis ceremoniis Papisticis, quibus illi praetexunt institutionem diuinam in V. T.

VI. Tertia proposicio de potestate ecclesiæ circa ceremonias est ita de Rhenensi anno. in 1. Timoth. 4. sect. 12. 13. vbi aiunt, ecclesiam posse diuersa elementa & creaturas ad cultum Dei adhibere atque consecrare. Id probant ex Jacob. 5. 15. vbi fit mentio olei consecrati. Adducitur etiam praxis primituæ ecclesiæ, quæ consecravit aquam, cineres, mel, & similia. Respondeo. Consecratio ecclesiastica non est vertenda in imaginem. 2. Consecratio aquæ, panis, & vini est ordinaria in ecclesia N. T. nihilq; est aliud, quam sanctificatio istorum elementorum & segregatio ad sacram vñsum. 3. Consecratio templorum, vasorum sacerorum, & simulium rerum, quæ subsecutum est administratio cultus diuini, si fiat circa superstitionem, pie & utiliter adhibetur. 4. Consecratio olei istius Jacob. 5. fuit extraordinaria. 5. Consecratio aquæ lustralis, mellis, ceræ, & simulium rerum est superstitionis: quia neque est sacramentalis, neque inseruit consecratio sacramentali, aut cultus diuini administrationi.

VII. Hæc de potestate & iure, quod habet ecclesia in ceremoniis extra Scripturam instituendis. Sequitur de ipsis ceremoniis: de quibus Rhenensis nostri annotat. in 1. Timoth. 4. sectione 14. pronuntiant, creaturæ ab ecclesia consecratis remissionem peccatorum obtinerti: & Bellarmenus de sacramentis in genere libro secundo, cap. trigesimo primo ait, quasdam eatum vim habere spiritualem, contra peccata, & dæmones &c. vt signum crucis, & aliae similes, quæ iam olim à sanctis viris ad eiusmodi usus adhibitæ sunt. Rhenensis dicit. adserunt duas rationes. 1. Remissio peccatorum erat annexa oleo, quo ægroti ugebatur Jacob. 5. ver. 15. 2. Sudaria Pauli Act. 19. ver. 11. 12. sanarunt ægrotos & energumenos. Mulier quoque illa, quæ simbriam vestitum Christi tergit, sanata fuit. Respondeo. Oleo illo extra ordinem consecratio non obtinebatur peccatorum: neque etiam in eum finem fuit usurpatum, sed tantum corporalis sanitatis symbolum fuit. Nam tum in ecclesia vigebat miraculorum sanationis donum, cuius symbolum erat uictio illa. Committitur autem à Rhenensibus fallacia compositionis & divisionis. Nam verba illa, Quod si peccata commiserit, remittentur ei: non debent coiungi cum illis, Ungentes eum oleo; sed cum ipsis, Orent pro eo. Promisit enim Deus, se exauditum preces fideliū, non tantum quas pro seip̄s, sed etiam pro aliis fundunt. ad secundum. Lucas ait vers. 11. l. d. Et virtutes magnas edebat Deus per manum Pauli. Deus ergo operatus est: non autem ceremonia ista. Quod attinet ad posterius exemplum, ipsemet Christus ait: Virtus à me exiit. Item: Abi, fides tua te seruauit. Non ergo vestes Christi, sed virtus, itemq; mulieris fides, illam sanarunt. Porro quod Bellarmenus ait, sanctos viros iam olim adhibuisse has tales ceremonias ad eiusmodi usus, in eo est petitio principii: cum probatio hic nulla adseratur, quæ sit alicuius momenti. Neque enim praxis primituæ ecclesiæ, sed cicerioris allegatur.

VIII. Ultimum huius controversiæ caput est de usu ceremoniarum extra Scripturas introductarum. Vbi Bellarmenus dicit. hanc ponit thesin: Fideles per conscientiam teneri has ceremonias, ab ecclesia institutas obseruare, etiam extra casum contemnere & scandali. Rationem adferit: quia fideles simpliciter obedire iubentur suis præpositis, tum ecclesiasticis, tum politicas, Heb. 13. Rom. 13. & passim. Respondeo. 1. Hodierni ecclesiistarum præfecti non habent maiorem potestatem, quam Apostoli. At vero hi non iniecerunt laqueum conscientiis aliorum in hac materia, vt paulo ante §. 3. nu. 7: probauimus. 2. In locis citatis hæc questio minime attingitur. 3. Præpositis holtris non simpliciter obedire iubemur, sed cum limitatione hac, quatenus, quando, & quamdiu præcipiunt ea, quæ cum recta ratione & verbo Dei consenserunt.

# CAP V T X I V:

Ecclesiæ in religione errare posse, & solere demonstratur.

I. Superfluit nobis duæ quæstiones de natura & priuilegiis ecclesiæ. Sin his terris militantis, videlicet. Vtrum ecclesiæ errare possit, itemque deficere? Prius illud non inepte dixeris deficere in fide; posteriorius, deficere à fide. Quod attinet ad primam controversiam, illam tribus conclusiōibus distincte explicamus. 1. Ecclesiæ in his terris militans potest errare. 2. Ecclesiæ externa, seu visibilis, tota errare potest, & totaliter atque finaliter: Ecclesiæ est, non solum hæc, vel illa particularis, sed etiam vniuersalis, proficiens.

tium turba, in rebus plurimis, imo saepe in omnibus ad religionem spectantibus, omnino errare potest, & saepissime rapiuntur errant, imo etiam interdum perniciosa & fundamentalibus erroribus obruta esse definit. Tota, inquam, illa ecclesia visibilis errare potest fundamentaliter, at non totum illius, quatenus nempe immixtos habet fidèles. Vel, ecclesia visibilis tota potest errare in fundamento, si sumatur opposite: at non, si composite, id est, quatenus coniuncta est cum ecclesia inuisibili. 3. Ecclesia interna, seu inuisibilis, adeoque Catholica, errare potest in rebus leuioribus, quae non ita scitu vel obseruatu sunt necessaria: verum in fundamento salutis, sive in dogmatibus ad salutem omnino scitu necessariis, errare non potest. Et rursus ecclesia Catholica tota non potest errare. Tres itaque erunt huius capituli sectiones.

II. Primo, ecclesiam milantem posse errare, sic demonstratur. 1. Ecclesia militans constat ex meritis hominibus, errori & ignorantiae obnoxiosis & quorum omnis de rebus diuinis scientia, in hac quidem vita semper est imperfecta: immo quorum optimi quique suas ignorantias, & peccata, ingenui agnoscere, ac deplorare solent. Hinc dicitur *Psalm. 19.* Delicta quis intelligit? Et *1. Corinth. 13.* Cognoscimus hic ex parte. Et *Roman. 3.* Omnis homo mendax, hoc est, vanitatis illi obnoxius, ut possit labi, errare, fallere, falli, iuxta vulgatum illud dictum: Humanum est errare. A qua conditione ne optimi quidem Christiani in hac vita plane liberisunt. Vnde efficitur, si singuli homines, etiam sanctissimi, in hac vita errare possunt, etiam ecclesiam, tum internam seu inuisibilem, tum externam seu visibilem, errare posse: ut pote quae est hominum aggregatio. 2. Ecclesia militans sapienter in hac vita peccare solet, & peccare semper potest. *Iacob. 2.* In multis labimur omnes. *Eccles. 7.* Non est iustus in terra, qui non peccet. Et propterea etiam *Matth. 6.* precari iubemur, ut Deus remittat nobis peccata, & ne nos inducat in temptationem. Quod si ergo ecclesia militans peccare potest, pariter, immo multo magis, errare potest, ac solet. Etenim grauius est peccare, quippe quod vitium est voluntatis; quam simpliciter errare, sive mente tantum & intellectu hallucinari. Et certe si non omne peccatum natura ecclesiae militantis prorsus evertit, multo minus quilibet errorem evertit. Vnde sequitur, in ipsa ecclesia militantis natura, seu propria conditione, nullam reperiri causam, cur errare ipsa non possit, aut soleat: reperiri vero, cur & possit, & soleat. 3. Inter ecclesiam militarem & triumphantem hoc intereat, quod haec a peccato & errore liberatur. Ergo antea utroque laborabat, peccato scilicet & errore. 4. Omnia hominum dicta & facta, adeoque & dogmata, iubemur ad normam verbi Dei explorare, neque cuius spiritui credere: verum a pseudoprophetis, falsisque fratribus, sedulo nobis cauere; immo ab eorum quoque fermento, quos alias tamen audire iubemur. *Matth. 16.6. c. 23. 13. & d. 1. Thess. 2. 10. 1. Ioh. 4. 1. & d. Phil. 3. ver. 2. & seqq.* Vnde efficitur, ecclesia praefulces posse errare, adeoque & auditores, & consequenter ipsam ecclesiam, ut pote quae constat ex pauperibus & auditoribus. 5. Ecclesia perpetuo ad S. Scripturam, velut ad unicam fidem virtute normam, debet esse alligata: aqua si vel tantillum aberget, facile in errore & peccata prolabi potest. Iam vero non semper sequitur ductum huius normae, sed regulam illam a Deo sibi prescriptam, interdum, immo saepe negligit. Itaque nihil est mirum, quod tum in variis erroribus incidit; & quod falsum est, credit, & quod iniustum est, facit, aliisque etiam credendum, ac faciendum proponit. 6. Ecclesia potest non recte interpretari Scripturas. Ergo errare potest. Probatur antecedens: quia multa in Scripturis occurunt duorum vel duorum in uno, ut sunt quædam prophetæ, apparentes antilogiae, & similia, quorum interpretationem ecclesia læpe vel præterit, vel non veram adfert. 7. *Augustinus* hanc sententiam confirmat contra epist. *Pelag. lib. 4. cap. 7.* Quomodo ecclesia in isto tempore, perfecta sine ruga & macula, cuius membra non mendaciter confitentur, se habere peccata.

III. Secundo, ecclesiam visibilem & totam, & totaliter errare posse assertore, his argumentis demonstratur. Principio ecclesia visibilis dividitur in collectivam, & representativam. At utraque errare potest. Collectiva; quia ecclesia Iudaica tempore Mosis adoravit vitulum, *Exod. 32. vers. 4.* tempore regum sacrificabat & adolebat in excelsis, 2. *Regum 12. 3. & 14. 4.* festum paschæ non celebravit secundum verbum Dei. 2. *Regum 23. 22.* felatum tabernaculorum non tam alacriter & vere celebravit, ut ipso erat *Neh. 8. ver. 18.* Deinde Ecclesia representativa, quam aduersarii omnium maxime ab errore liberarant esse affirmant, etiam erravit. Nam *Esa. 56. ver. 10.* speculatorum domus Israëlis omnes cœci esse dicuntur, itemque muti canes. *Ierem. 8. ver. 8. & seqq.* omnes sapientes populi Dei dicuntur confusi, & stylus Scribarum mendax. *Malach. 2. ver. 7. & d.* dicuntur sacerdotes de via Domini deflexisse. Sed excipiunt, singulos quidem pastores, seorsim acceptos, errare posse ac solere, sed non omnes, in conciliis congregatos. Respondeo. 1. At modo probauimus, omnes sacerdotes errasse. 2. Exempla etiam conciliorum, turpiter in doctrina errantium, passim in Scripturis occurunt: vt *1. Reg. 18. vbi fere nongenti pseudoprophetæ aduersus Eliam congregantur. Et eodem lib. 6. 22. vbi quadringenti aduersus Micheam decertant.* Quod si ecclesia Israëlitæ contigit, ut pastores vniuersi in concilio coacti erraret, etiam Ecclesia Iudaorum, itemque Christianæ hoc potuit potestque contingere. Haec enim typi nostris fuerunt. 1. *Corinthiorum 10.* Huc pertinent Concilia Scribarum & Phariseorum, aduersus Christum, & apostolos sapienti coacta *Iohan. 9. & 18. Act. 4. & 5. & seqq.* Porro Patres antiquissimi saepe grauitate errarunt, fatentibus ipsis aduersariis: verbis gratia. *Irenæus, Tertullianus, Origenes, Clemens, Lactantius, Cyprianus, & alii plures*, inter quos etiam fuerunt Pontifices Romani, capita illa ecclesiae. Sic Innocentius I. Eucharistiam infantibus omnino ad salutem necessariam esse docuit. Et plerumque Pontifices Romani post Gregorij M. tempora crassos errores defenderunt, & propagarunt. Idem in canonizatione sanctorum, ut pote que tota meritis initur conjecturis, turpiter errant. Deniq; ipsa Concilia sapienti errarunt. Nam Concilium Chalcedonense, episcopum Constantinopolitanum, Papæ Romano æqualem esse definiuit: quae definitio aduersariis est heretica; ut & illa, quae facta est in Conc. Constanti. & Basil. Papam Concilio subesse. Qua de re vide amplius in lib. 3. Hic tolum duo illa testimonia obserua. *Nazian. epist. 42. ad Procopium* fatetur nullum se vidisse concilium, cuius felix fuerit eventus. Et *August. lib. 2. c. 3. de baptismo* diserte tradit, etiam plenaria concilia sapienti emendari a posterioribus. Atq; ita planum effecimus, ecclesiam collectivam & representativam errare posse, & sapienti errasse. Videamus aliud huius rei argumentum, quod est n. 2.

IV. Ecclesia in fide errauit tempore passionis Christi. Ergo errare potest. Antecedens probatur. Ecclesia erat vel apud Scribas & Phariseos, vel apud Apostolos. Sed utique errarunt: illi, Christum morte afficiendo: hi, resurrectionem Christi non credendo. Sed *Bellarminus libro tertio cap. 17.* excipit. 1. Sacerdotes & Pontifices priuilegium non errandi in docendo populo, non nisi ad aduentum Christi habuisse: Christo autem præsente & docente, illorum errorem parum obsuisse. 2. Apostolos tum temporis nondum fuisse Episcopos, nisi designatos, sed solum partes ecclesiæ materiales, ideoque errare potuisse. 3. Apostolos in se non errasse. Nam non leguntur (inquit) reprehensi, nisi de fide resurrectionis, quod eam credere noluerint. Ilam autem non potuerunt amittere; cum eam non habuerint, nisi postquam Dominus resurrexit. Respondeo ad 1. Sacerdotes & Pontifices nunquam habuerunt tale priuilegium non errandi: ut constat ex *Matth. 5. & 15.* Deinde post Christi aduentum in cathedra Mosis sedebant Scribæ & Pharisei, eosque audire iubet Christus *Matth. 23. 2.* Quod si itaq; ante non errarunt, nec tum sane potuerunt. Nondum enim ex cathedra Mosis electi erant. Tertio, si legalia omnia vsq; ad Christi mortem valuerunt (ut docet *Lombardus lib. 3. dist. 3.*) tum etiam priuilegia sacerdotum tamdiu durauerunt. Quarto, si Pharisei tum errarunt, ergo, ex ipsis Bellarmini confessione ecclesia esse defuerunt. Quapropter tum ecclesia visibilis non fuit. Nam neq; apud Phariseos locum habuit, neque apud Apostolos, quippe qui fuga sibi consuluerunt, & Christum deseruerunt. Itaque tum temporis non fuit ecclesia mundo visibilis. ad 2. Apostoli tum temporis erant episcopi ipsa actu. Iamdiu enim predicauerunt & baptizauerunt a Christo missi: & Iudas ipse episcopatus fuerat functus *Act. 1. 20.* Deinde nonne & veri episcopi sunt partes materiales ecclesiæ: ad 3. Certum est, Apostolos in fide resurrectionis Christi errasse. Nam fidem & sensum resurrectionis Christi amiserunt ad tempus, quam crasce eo rite habuerant, ut demonstrant eorum verba, qui perebant *Emautem Luc. 24. ver. 21.* Et quomodo ignorassent illud discipuli, quod Sacerdotes & Pharisei nouerant. Pilato enim dicebant. Domine, meminimus planum istum dicere cum adhuc viueret, tertio post die suscitabor. Deinde Papistarum nonnulli, videlicet *Alexander Halensis & Iohannes de Turcrecrenata*, affirmant, veram fidem tempore passionis Christi in pectore Mariae tantum remansisse. Si hoc verum sit, tum falsa est opinio Bellarmini, Apostolos illo tempore fidem retinuisse, actu nempe secundo. Nam de actu primo conceditur, illo mansisse in ipsis fidem. Atque hoc sensu Apostoli tum temporis constituerunt ecclesiam. Non enim sequitur, ecclesiam tum periisse, quia apostoli amiserunt particularem fidem vii articuli illius per illud tempus actu secundo.

V. Tertium argumentum sequitur. Apostoli non tantum ante glorificationem Christi, multis in rebus errarunt, speciatim in ratione spiritualis regni Christi, *Luc. 18. 34. Act. 1. ver. 6. & seqq.* sed etiam postquam spiritu sancto iam donati fuere, de vocatione gentium, deque libertate Christiana nonquam habitarunt, *Act. 10. ver. 14. & d. c. 11. v. 2. & d. Galat. 2. ver. 14. & d.* Præterea inter optimos etiam Apostolorum discipulos nonnullum dissensiones de religione extiterunt; eoque aliquos eorum errasse necesse fuit. *Roman. 14. per totum. 1. Corint. 1. & 3. & 8. & c.* Denique celeberrima ecclesia, ipsis adhuc Apostolorum temporibus errarunt: puta ecclesia Corinthiorum in doctrina de cœna, *1. Corin. 11. 21.* in loco de resurrectione, *1. Cor. 15. ver. 13.* ecclesia Galatarum, *Gal. 1. & 3. & 5. totis. item ecclesiæ, ad quas scriptit Iohan. Apoc. 2. & 3. totu.* Et tamen ista errantes ecclesiae non continuo essentiam atque naturam suam amiserunt: cum ipse Spiritus sanctus eas nihilominus Christi ecclesias appellat. Ergo etiam vera ecclesia errare potest.

VI. Quarto, si ecclesia inuisibilis obnoxia est erroribus, multo magis visibilis est obnoxia: cum haec saepe maximam partem ex hypocritis, illa vero tantum ex sanctis & fidelibus constet. Atque his argumentis probatur secunda conclusio: videlicet ecclesia visibilis, & totam errare posse, & totaliter. Totam: ut ecclesiam Iudorum tempore Christi, ecclesiam Galatarum &c. Totaliter: ut ecclesiam Israeliticam, multasq; ecclesias ab apostolis plantatas, sed ab hereticis seductas & subuersas. Qua de re amplius dicetur ad quest. seq.

VII. Tertia conclusio nostra fuit, ecclesiam inuisibilem & catholicam errare quidem posse in dogmatibus leuioribus, sed non in fundamento salutis, neque etiam totam. Ratio primi est; quia membra huius ecclesiæ sunt fideles & sancti, quorum scientia in statu via est imperfecta, & non nisi perficienda in statu patriæ. Sic Apostoli, qui futuri erant doctores & cœmenici, non vno modo errarunt, ut paulo ante probauimus. Ratio secundi est; quia electi & fideles non possunt amittere fidem, quantum ad habitum & actum primum: & superædificati sunt lapidi angulari, qui est Christus: & si errarent in fundamento salutis, ad tempus fierent infideles, quod fieri non potest. Ratio tertij est; quia ecclesia Catholica in his terris militans constat ex variis fidelibus hinc inde dispersis, qui vno & eodem tempore non possunt simul errare. Quid enim error, quo laborant fideles quidam in Bohemia, attinet ad fideles in Græcia, Germania &c. Et vero si ecclesia tota erraret, aliquo tempore in mundo non esset ecclesia catholica: Quod est absurdum.

## CAP. XV.

Refutatur sententia Papistarum, Ecclesiam non posse errare.

**BELLARMINVS** sex argumentis probat ecclesiam visibilem, in nulla religionis parte, inquam errare posse, libro tertio cap. decimo quarto. Quam sententiam oportet dilucidus explicare. Docent nempe Pontifices scriptores, ecclesiam Catholicam, id est, Romanam, errare non posse, neque in rebus absolute ad salutem necessariis, neque in vila re quaunque, quam imponit & præcipit, sive in verbo Dei continetur, sive non: immo errare non posse, in iis rebus, quae præter Scripturam ab ipsis præcipiuntur. Per ecclesiam autem hic intelligunt non tantum pastores & Episcopos, sed totam fidelium congregationem: ita ut neque illud quod Pastores Ecclesiæ docent, erroneum esse possit, neque quod generaliter tota ecclesia recipitur & præcipitur.

Dux

## LIBER PRIMVS CAP. XV.

75

Dux itaque futurae sunt partes huius capituli: una de ecclesia collectiva, altera de representativa. Quod attinet ad ecclesiam collectivam illius immunitatem ab errore Bellarminus concludit sex, ut diximus, argumentis.

**II.** Primum argumentum sumitur ex 1. Timoth. 3. ver. 15. vbi Apostolus ecclesiam appellat domum Dei viuentis, itemque columnam & firmamentum veritatis. Vnde necessario consequitur, ecclesiam errare non posse; quippe cum Deus ipse habiteret in ea; quoque ipsa sit fidelis & viua custos simul & magistra veritatis diuinæ: immo extra quam nulla veritas, ad religionem pertinent, reperiri possit; & proinde qua errante, neccesse sit omnem salutarem veritatem in vniuerso mundo perire. *Respondeo primo.* Nulla est consequentia: Ecclesia est columna. Ergo errare non potest. Nam etiam Petrus columna fuit, & tamen errauit. *Galat. 2. ver. 9. 11. 12.* Neque etiam illa consequentia tenet: ecclesia est columna veritatis. Ergo plane errare non potest. Nam Apostolus loco citato non agit de quauis veritate, aliquatenus ad religionem pertinente; sed tantum de veritate salutari, siue ad salutem necessaria; idque conditionaliter, quamdiu scilicet ecclesia ipsa perseverat esse vera Christi ecclesia. Itaque nullo modo hinc efficitur, exterham ecclesiam, quounque modo se gesserit, nullain re, quantumuis exigua, errare posse. 3. Ecclesia Dei columna dicitur & *idegitur*, id est, abacus stylobatusque columnæ, non ratione architectonica, vt columnen, sustentaculum, & fulmentum domus (nam si fulmentum est, quomodo eadem est domus fulmento nitens?) sed ratione forensi, prout in curiis & ante prætoria columnæ extant & cippi, ad quos appenduntur authoritate publica leges atque programma. Est igitur hæc columnæ cum sua basi custos veritatis, non firmamentum domus. Ac propterea Apostolus duobus clavigis ornat ecclesiam Dei: vnum & primarium est respectu Dei, quod domus est Dei viuentis, quam Deus efficit, informat, & gubernat præsentia sua: alterum secundarium & instrumentale respectu nostri, quod eadem ecclesia nobis columna est, & quidem firmissima ac fundatissima veritatis, quam nobis proposuit in ipsa Deus. Sic enim ex curia arque prætorio ad valvas aut columnas, vt Romæ olim pro rostris factum, decreta exhibentur & proscribuntur foris proscriptaque in eis custodiri solent. Itaque ecclesia dicitur columna veritatis respectu nostri, quia veritas coelestis in ecclesia vera custoditur & conservatur, neque alibi inuenitur: non autem, quia veritas ab ecclesia dependet. Paulus enim hoc loco Timotheum non remittit ad ecclesiam, vt ab ea discat, quasi illa nullo modo decipi possit: sed. *Hac, inquit, scripti, ut noris, quomodo oporteat in domo Dei versari.* Ergo verbum Dei regula est veritatis. 4. Non sequitur: ecclesia est domus Dei. E. non potest errare. Nam omnes sancti sunt templo Spiritus sancti, & nihilominus tamen multis modis errant. Deinde hæc axiomata omnia vera sunt in sensu composito: Ecclesia Christi non errat: Domus Dei non errat: Columna veritatis non errat: hoc est, si formaliter sumuntur, non autem materialiter, immunia sunt ab errore.

**III.** Sed Bellarmino non sapis hæc explicatio, ecclesiam dici columnam veritatis, quod illam custodiatur: cum isto modo libratorum officiæ, non minus quam ecclesia, veritatis custodes appellari possint: utpote quæ Scripturas diligentissime custodian. Deinde ait, Apostolum simpliciter dicere ecclesiam esse columnam & firmamentum veritatis. Tertio, multo amplius est esse columnam, quam simplicem custodem: nam columnæ innititur domus, & ea remota, cadit. Quarto, etiam ecclesia columna fuit, quando non erant Scripturæ. Denique non columnæ, sed arca custodiunt libros. Hinc efficitur, ecclesiam non modo fidissimam Scripturæ custodē esse, sed iecirco hoc titulo in primis insigniri, quia puram veritatem, absque ullius erroris admixtione, perpetuo doceat, hoc est, errare nullo modo possit. *Respondeo ad 1.* Non sequitur ab exemplo dissimili. Nam alia est ratio custodiarum priuatae in rem suam vniuersiusque, alia custodiarum publicarum edicti publici de domo publica prolati in publicam rem, & autoritate publica. Itaque Ecclesia dicitur columna & firmamentum veritatis, non ob qualemcumque veritatis custodiā, sed ob viuam ciuidem professionem & promulgationem. ad 2. Apostolus ecclesiam appellat & domum, & columnam, Domum Dei, columnam veritatis: quia nempe veritas, id est, verbum Dei, hunc columnæ est indita. ad 3. Hic non agitur de columnæ fulcente domum (nam ecclesia ipsa est domus) sed de columna veritatis, a domino domus prodeunt, & domini ipsius ab ipso propositæ tanquam in columna. Hæc autem columna est propter veritatem, non veritas propter columnam: vt arca est propter pecuniam, & gazophylacium propter gazam, non contra. Pluris itaque est veritas coelestis, quam columna ipsius. Nam pluris est finis, quam quæ ad finem referuntur. ad 4. Ecclesia semper fuit columna veritatis, primo non scripta, postea scripta ad 5. Non sequitur ex dissimili: quia non agitur de custodia simpliciter, sed de custodia publica huiusmodi, quia in propatulo custodiuntur leges oculis omnium expositæ & extantes, ac non latentes in arca.

**IV.** Secundum argumentum Bellarmino ducitur ex ijs Scripturæ locis, vbi docetur, ecclesiam ab ipso Christo, tanquam à capite & spono suo perpetuo gubernari; itemque à Spiritu sancto in omnem veritatem duci, & ab eo, tanquam ab anima propria gubernari. Cuiusmodi sunt: Eph. 1. v. 21. & d. Dedit ipsum caput ecclesiæ, quæ est corpus & complementum ipsius. Et c. 4. 4. Vnum corpus, & vnum Spiritus. Et c. 5. v. 23. Vir capit est mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ. Iohann. 16. 13. Spiritus veritatis ducet vos in omnem veritatem. Confer cap. 14. & 15. Vnde Bellarminus ita concludit: Si ecclesia in dogmatibus fidei vel vita, vñquam erraret, tum necesse esset ipsi Christo, & Spiritui sancto errores attribui: quippe qui ecclesiam perpetuo regunt. Hoc autem est absurdum & blasphemum. Ergo & illud. Ratio conexa est arctissima vñio Christi & ecclesiæ. *Respondeo primo.* Nulla est consequentia. Nam arctissima illa vñio non solum habet locum inter Christum & ecclesiam, sed etiam inter Christum & singulos credentes. Quapropter eodem argumento æque concludi posset, ne vñicum quidem fidelem errare posse. 2. Spiritus sanctus docet quidem absolute secundum modum perfectionis suæ: sed qui docentur ab eo, doctrinam percipiunt secundum modum imperfectionis suæ. Semper enim æque in gratia atque in natura operibus verum est illud. Augustini libro septimo de ciuitate Dei cap. 30. S. c. administrat (Deus) omnia quæ creavit, vt etiam ipsa proprios exercere & agere motus sinat. 3. Spiritus sanctus libereagit in nos & in nobis, varie intendendo & remittendo actionem suam, nō autem agendo ad extremum

Tom. V.

potentiaæ suæ. 4. Christus dicit, *docebit, non autem, docuit, vel docet vos perfecte omnia, omnino leuata omni perfectione, omni tempore & momento, continuationem seu perseverantiam in docendo promittit Christus, non praesentem plenitudinem perfectionemque in hac statione ecclesiæ.* 5. Dominus propriæ & primo alloquitur Apostolos suos, donumque in ipsis particulariter conferendum sp̄det, quæ apostoli, id est, legati plene instructi per communicationem Spiritus tum omni veritate, tum indubitate plenitudine; quæ ad priuilegium apostolatus pertinent, nec ultra ad ecclesiam hanc protendit debent. Hanc autem suam plenitudinem apostoli in Scriptura expresserunt: de qua secundario ecclesia sumit, & membra ipsius singula pro modulo eorum. Sic *Terrullianus explicat* hunc locum *libro de praescript. cap. 8.* & 22. Priorem vero solutionem, qua locus iste proportionaliter, seu cum certò modo & respectu ad totam ecclesiam hanc & oīs Christianos relipicit, *Augustinus tract. 96. in Iohann. his verbis confirmat:* *Quod ait, docebit vos omnem veritatem, vel deducet vos in omni veritate; non arbitror in hac vita in cuiusquam mente compleri posse.* *Quis enim viuens in hoc corpore quod corruptitur & aggrauat animam, possit omnem cognoscere veritatem, cum dicat apostolus, Ex parte scimus?* Sed quia per Spiritum sanctum fit (vnde nunc pignus accepimus) *vt ad ipsam quóque plenitudinem veniamus, de qua idem dicit Apostolus, tun̄ autem facie ad faciem &c. non quod in hac vita, sed totum, quod visus ad illam perfectionem futurum est, nobis Dominus promisit per charitatem spiritus, dicens, Docebit vos omnem veritatem.* 6. Pleraque loca citata loquuntur de ecclesia interna, non de externa, neque de quauis veritate, sed tantum de ea, quæ ad salutem simpliciter scitu est necessaria.

V. *Rhemenses in 1. Timoth. 5. sess. 15. loco illi Iohann. 16. ver. 13. addunt ista testimonia;* Portæ inferorum non præualebunt contra fidem vilius elec̄ti; & Christus orauit pro singulis discipulis, vt in veritate sanctificentur. Quapropter ijsdem argumentis æque concludi posset, ne vñcum quidem fidelem errare posse. 2. Ex duobus istis locis recte concluditur, ecclesiam catholicam non posse errare in fundamento. 3. Quamdui pastores sequuntur normam Scripturae, possunt ecclesiam ab errore conservare. 4. Christus speciatim orauit pro Petro, ne eius fides deficeret in graui illa tentatione, in quam ipse incidit. Deinde, etiæ Christus pro eo orauit, errauit tamen Galat. 2. ver. 5. Quia Christus pro elec̄tis suis orauit, fieri non potest vt amittant actum primum fidet, aut fundamentum salutis subruant.

**VI.** Tertium Bellarmino argumentum sumitur ex ijs Scripturæ locis, vbi iubemur ecclesiam ipsam, eiisque ordinarios præfules, reuerenter audire, vt Matth. 18. Si ecclesia non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus. Matth. 23. Scribæ & Pharisæi sedent in cathedra Mosis: omnia igitur quæ dixerint vobis, facite. Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Hebreorum 13. Obedite præpositis vestris. Obligamur itaque sub anathematis pœna, credere ecclesiam in omnibus. At hoc iniquum esset, si ecclesia erroribus obnoxia esset. Hinc ergo efficitur, ecclesiam in religione nunquam posse errare. Ref. 1. Falsum omnino affluitur, seu principium petitur; quatenus assertur, ecclesiam, eiisque ordinarios præfules, simpliciter & in omnibus audiendos esse: cuius contrarium passim in verbo Dei præcipitur. Debemus itaque credere Ecclesiæ, quatenus soli hæret veritati Christi, eamque tradit prout accipit a Domino. Christo enim proptere credimus; ecclesiam propter Christum, qua hæret in doctrina illius. 2. Ecclesia catholica non potest errare in rebus ad salutem necessariis, quoniam abdicata omni sua sapientia à Spiritu sancto doceri se per verbum Dei patitur. Hoc igitur est discriben inter Papistas & nos. Illi ecclesiæ authoritatem extra verbum Dei collificant: nos autem volumus verbo annexam, nec ab eo separari pacimur. Et hoc quoque feso ecclesia externa & particularis errare non potest. 3. Locus Matth. 18. non agit de doctrina, sed de censuris Ecclesiasticis. Quantum & hic locum habet, quod modo diximus. *Dic Ecclesiæ, vt verbū Dei ad ministrare, quod si non auſcultauerit ei, qua verbum & voluntatem Dei enuntiat.*

VII. Quarto Bellarmino argumentatur ex symbolo apostolico, quod ecclesiam sanctam appellat. Hæc autem sanctitas potissimum in professo dogmatum consistit. Ergo Christiana professio nil nisi sanctum continet, hoc est, nil nisi verum quoad fidem, & nil nisi iustum quoad mores. Unde sequitur, quidquid ecclesia, tanquam certum fidei vel vita dogma amplectitur, in eo ipsam errare non posse. Ref. Committitur fallacia duplex. Nam symbolum agit de ecclesia catholica, & invisibili: Bellarmino de parte ecclesiæ catholica, & quidem de ecclesia visibili. Deinde ecclesia sancta est in Christo capite suo perfecte; in membris vero suis partim perfecte, vt in iis q̄ in cœlo sunt; partim imperfecte, vt in iis quæ hic in terris repunt, per inchoationem gratia. Itaque sanctitas ecclesiæ non proprio consitit in professione dogmatum, sed primario in imputatione sanctitatis Christi, & in chatione sanctitatis propriæ; secundario, in professione Christiana. Nam actu interno externum informari oportet.

VIII. Quintum Bellarmini argumentum est ab absurdo consequente. Si enim ecclesia in negotio religionis errare posset, tunc maxima pars dogmatum fidei in dubium reuocari posset. Ratio est: quia pleraque dogmata fidei nituntur auctoritate ecclesiæ, eaq; vel sola, vel potissimum. v.g. quænam Scripturæ in V. & N. T. sint canonice. Ref. Nullum fidei dogma nititur auctoritate ecclesiæ, sed auctoritate Spir. sancti in Scriptura loquentis. Qua dñe vide tom. 1.

IX. Sextum & postremum Bellarmini argumentum nititur Patrū auctoritate, & illorum præcipue confuetudine. Auctoritates præcipuae, quib. iubent in rebus dubiis ad ecclesiæ iudicium semper prouocare, sunt iste. *Terrullianus de praescript. aduersus hereticos* pro magno absurdo habet, omnes ecclesiæ errasse, aut errare potuisse. *Augustinus libro primo contra Cresconium cap. 23.* & alibi sepe monet, vt quisquis falli metuit, ecclesiam de obscuris quæstionibus consulat. Idem epist. 118. ait, insolentissima insanit esse, contra id disputare, quod vñiuersa sentit ecclesia. *Idem lib. 1. de baptismo cap. 18.* generalis concilii decretum vocat vñiuersitatem ecclesiæ consensum, à quo re-

G 2 mere

mere discedendum non sit. *Praxis Patrum* in eo est, quod in rebus dubiis ad ecclesiæ iudicium prouocarunt.

*Respondeo primo.* Nulla est consequentia: Ad illum oportet prouocare. E. ille non potest errare. Nam ad iudicem prouocatur, qui sapienter errat, vel non sequendolegem, vel male illam explicando aut applicando. 2. Omnes veteres ad ecclesiæ prouocant, nec primo & per se, nec ad ecclesiæ solum. Nam primum omnes ad Scripturam prouocant, deinde vero ad ecclesiæ secundum Scripturam. Quod si interdum ad ecclesiæ solum prouocant, secundum quid faciunt, id est, quando res est cum haereticis eiusmodi, qui aut Scripturam negant, aut corruptam adserunt, quomodo Tertulliani, Augustini, & aliorum loca oportet accipi. 3. Ecclesia, ad quam prouocarunt Patres, fuit incorruptior & purior. 4. Patres non docent, ecclesiæ externam nulla in re prouersus errare posse: sed tantum in certis quibusdam controversiis, ad illa usque tempora, nondum eam errasse contendunt. 5. Idem vniuersalem ecclesiæ consensum in certis ritibus, ad externam ecclesiæ spectantibus, magni faciendum esse affirmant.

X. In Concilio Basiliensi hoc argumento vñ sunt: ecclesia est absque ruga & macula. Ergo absque errore. *Respondeo primo.* Hoc intelligendum est de Ecclesia Catholica & inuisibili, quæ est absque ruga & macula, quatenus partim in cœlo est gloria, partim in his terris est pura & iusta facta coram Deo per Christum, non quia peccato caret, sed quia peccatum ei remittitur. Ac licet quædam imperfectiones supersint, neutiquam tamen saluti eius impedimento futuræ sunt. 2. Ex hoc loco æque sequeretur, ecclesiæ in his terris sine peccato esse. Ceterum solent etiam hoc loco à quibusdam accumulari magnificæ appellations ecclesiæ in Scripturis & extra eas: ut quod ecclesiæ appellatur sponsa, tota pulchra, cœlestis Hierosolyma, religionis & fidei perpetua mater, quo titulo insignitur. *Cod. libro primo titul. 5. leg. 14.* Hinc volunt efficere, ecclesiæ errare non posse. Sed eadem est responsio, quæ modo est dicta. Et amplius hac de re disputatur capp. seqq. duobus.

XI. Superest secunda huius disputationis pars, vbi Bellarminus vult probare ecclesiæ representatiuam, hoc est, omnes episcopos & pastores, non posse errare. Quam thesin concludit duodus argumentis. Primum est: Si omnes pastores & episcopi errarent, tota etiam ecclesia erraret: quia tenentur populi sequi suos pastores, dicente Domino *Luc. 10.* Qui vos audit, me audit: & *Matth. 23.* Quæcumque dixerint, facite. *Respondeo.* 1. Conceditur totum argumentum de ecclesiæ externa; quam totam errare posse supra demonstrauimus. 2. Christus iubet populum audire pastores, nempe loquentes in nomine ipsius, & legatione suam ex ipsis instructione perfungentes. Hæc secundum quid a Christo dicta, Bellarminus accipit simpliciter. Secundum argumentum sumitur ex quibusdam Patrum testimoniis: quale inter alia est illud Augustini paulo ante §. 9. citatum, quod decretum concilii generalis sit ecclesiæ vniuersa consensus. *Respondeo.* At hinc non sequitur, ecclesiæ representatiuam errare non posse. Nam decretum concilii est consensus vniuersa ecclesiæ externæ & visibilis, quæ errare potest, ac solet. Itaque concilium etiam errare potest. Sed hac de re ex professo disputatur lib. 3.

## CAP. XVI.

### Ecclesiæ visibilem & particularem deficiendi periculo esse obnoxiam.

I. **C**V in omni disputatione, tum in hac maxime interest, vt status questionis recte constituatur. Vedit hoc Bellarminus, quando in principio huius questionis scripsit, multos ex suis tempus inutiliter terere, dum absolute probant, ecclesiæ non posse deficere: quod nostri hoc vltro concedant. Ita enim est: vt ex scriptis nostrorum patet. Omnes enim uno ore docent Catholicam Christi ecclesiæ, siue magna, siue parua, siue splendida, siue obscura sit, semper interim saluam manere, nec penitus vñquam in his terris interire. Verus igitur huius loci status est: An ecclesia in una sede & successione perpetuo & visibiliter sit duratura? Vbia nobis statuitur thesis negativa: quam sic paucis explicamus. Etsi semper in his terris est numerus aliquis eorum, qui Christum pie cotunt, veramque fidem & religionem tenent: tamen hic numerus non semper est visibilis, vñiuero loco & genti alligatus, sed ad eam sæpe paucitatem atque obscuritatem redigitur, vt ecclesiæ tota deficere videri possit. Deinde statuimus hanc vel illam particularem ecclesiæ, in qua sunt boni & mali posse ex uno loco in alium migrare; at eam in qua sunt meri hypocritæ, posse plane deficere & è medio tolli. Quæ deficiendi potentia in ecclesiæ catholicæ & internam minime cadit. Hanc itaque thesin defendendam hoc loco suscipimus: Catholicæ Christi ecclesiæ in eas angustias & latebras redigi, atque adeo obscurari potest, vt vir illa ipsius facies, seu splendor exteriorus appareat. Quare *reg. 10. 10.* non *reg. 10. 10.*, hoc modo deficere dicitur. Vbi memoria repetere oportet, quod supra monuimus, ecclesiæ Catholicæ, itemque *visibilis* seu *aspectsabile* duobus modis dici. Primo enim ecclesiæ Catholicæ est *cœtus omnium credentium*, qui sua natura est inuisibilis. Deinde Ecclesia Catholicæ est *cœtus omnium eorum*, qui hoc vel illo loco & tempore viuentes, fidem in Christum profidentur. Et hec ordinarie, seu plerumque est aspectabilis, quādū scilicet, eiūmodi quidam cœtus alicubi in hoc mundo florentes, conspicui sunt: sed tamen aliquando sic obscuratur, particularibus ecclesiæ deficiētibus, aut latenteribus, vt nulla externa ipsius facies, gloria, & splendor appareat. Concedimus ergo ecclesiæ hanc in totum non posse deficere, et si sepe nobis deficere videri queat: vt *Eliæ* accidit. Rursus concedimus ecclesiæ secundum essentiam suam non posse deficere, et si secundum existentiam possit. Quid multa? ecclesiæ credentium perire non potest, neque etiam ecclesiæ profidentium: sed potest in eum statu redigi, vt splendor & forma ipsius externa deficiat, nec superfit illustris & conspicuus aliquis cœtus, qui gaudeat publico verbi & sacramentorum ministerio. Neque tamen ecclesiæ vñquam ita later, quin ab aliquibus conspiaciatur, ab ipsiusmet videlicet confessoribus, quisimul in aliquo loco latent sub cruce. Itaque ecclesiæ ad huius-

modi paucitatem redacta, non est inuisibilis in se ipsa, sed *visibilis*. Hanc sententiam idoneis argumentis probabimus, eaque a variis exceptionibus aduersariorum vindicabimus. Distinguemus autem argumenta nostra in quatuor classes, ita ut simus allaturi testimonia Scripturæ, exempla, rationes, & testimonia Patrum.

II. *Primam classem* iterum subdividimus in tres ordines. In primo collocamus dicta Scripturæ de corrupto statu ecclesiæ V. Testam. in secundo, vaticinia Christi & apostolorum, de generali quadam apostasia visibilis ecclesiæ sub Nou. Test. futura: in tertio, ea Scripturæ loca, quæ veram Christi ecclesiæ perpetuæ cruci & persecutionibus obnoxiam esse testantur; ac proinde mundo fere semper exofamati, inuisam, & consequenter sæpe obscuram & misere dispersam.

III. *Dicta Scriptura de corrupto statu Ecclesiæ Veteris Testamenti.* sunt quærelæ Prophetarum numero plurimæ, & pondere grauissimæ: vt *Esa. 1. ver. 2.* Filios enutriui, & exaltau, ipsi autem spreuerunt me. *ver. 3.* Cognovit bos possessorum suum, & asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognovit & populus meus non intellexit. *ver. 4.* Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini iniquam, filii perditis; dereliquerunt Dominum, blasphemarunt sanctum Israel, auersi sunt retrofum. *ver. 5.* Totum caput languet, & totum cor ægrotat. *ver. 6.* A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. *ver. 21.* Quomodo facta est meretrix ciuitatis fidelis? *ver. 22.* Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua. *ver. 29.* Confundentur ab idolis, quæ in deliciis habuerunt. *Esa. 2. ver. 8.* Repleta est terra (Iuda) idolis: opus manuum suarum adorauerunt. *Esa. 5. ver. 4.* Expectauit, vt vinea mea faceret vuas, & fecit labruscas. *Ierem. 2. ver. 26. 27.* Confusi sunt domus Israel ipsi & reges eorum, & principes eorum, & sacerdotes, & Prophetæ eorum, dicentes ligno, Pater meus es tu. *ver. 29.* Qui vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliqueritis me, dicit Dominus. *Ierem. 5. ver. 1.* Circumite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & querite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem. Similia habet *cap. 2. ver. 8. 11. 13. 2. 8. 6. 3. ver. 6. 8. 11. c. 6. 13. cap. 7. 2. 8.* Sic *Ezech. 7. 2. 6.* Peribit lex a sacerdoti, & consilium à senioribus. *cap. 22. 2. 6.* Sacerdotes violenter oppreserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. *Hos. 4. ver. 1.* Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. *ver. 6.* Periit populus meus, eo quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. *v. 9.* Populus est sicut sacerdos. *v. 12.* Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Domino suo. *Mich. 7. ver. 2.* Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. *2. Paral. 3.* Transibunt dies multi in Israel sine Deo vero, sine sacerdote & doctore, & sine lege. Ex his, & similibus locis, efficitur, corruptissimum fuisse statum ecclesiæ visibilis & externæ in regno Iuda & Israel: et si Deus semper sibi seruauerit semen sanctum, & reliquias quædam.

IV. *Respondet Bellarminus.* 1. Prophetas & Apostolos interdum reprehendere vniuersum populum, quasi nemo ibi sit bonus, cum tamen per multi sint boni: & è contrario interdum consolari omnes, quasi omnes sint boni cum tamen constet ibi multis esse malos. 2. Quædam loca intelligentia esse de regno Israel, non autem de regno Iuda. Constat autem de regno Israel, illud statim à principio, sub primo rege Ieroboam, defecisse à fide. 3. *Regum 12. ver. 28.* & in eo statu permanuisse usque ad captiuitatem. *Respondeo ad primum.* Non hoc volumus, quod omnes & singuli defecerint. Semper enim in statu ecclesiæ etiam corruptissimo supersunt aliqui boni. At hoc inde efficere conamur, bonos illos & fideles ad eam paucitatem redigi posse, vt non constituant aliquem visibilem & illudrem cœtum, sed velutigrana in aceruo palearum lateant. *ad secundum.* Non solum in regno Israel, sed etiam in regno Iuda corruptelas doctrinæ plurimas inuulneris & velut inundasse, cum primis vero lub Achaz, siue tempore Esaiæ, & sub Manasse, & Prophetis probari potest. Et vero nos ex Esaiæ pluribus probauimus. Et insignis est locus hanc in sententiam. *Ierem. 3. ver. 8.* Et vedit prævaricatrix foror eius Iuda, & abiit, & fornicata est etiam ipsa. *Beccanu in Manuali* distinguunt hoc modo. Etsi regnum Israel defecit à veritate, & publice coepit idola adorare sub primo suo rege, inquit isto statu permanit usque ad captiuitatem. 4. *Regum 17. ver. 22.* Nihilominus semper aliqui fuerunt in isto regno, qui abstinerent ab idolatria, & verum Deum agnoscerent, etiam tempore Eliæ, vt constat ex 3. *Regum 19. ver. 18.* In regno Iuda res aliter habuit. Nam aliqui reges fuerunt honi, & cultores veri Dei, vt Alia, Iosaphat, Azarias, Ioathan, Ezechias, & Iosias, sub quibus vera religio vel restaurata vel conseruata est. Alii mali & idololatræ, vt Achaz, Manasse, Amon. Alii denique, non quidem idololatræ, sed tamen mali. Semper tamen in templo Salomonis videtur manisse vñs sacrificiorum, secundum legem Mosaicam, usque ad captiuitatem Babyloniam.

*Respondeo.* Id omne & nos asserimus. Neque enim pugnamus, ecclesiæ penitus deficere: sed quod publicum ecclesiæ ministerium ita degenerare & corrupti posse, vt externa ecclesiæ forma obscuretur, id vero est quod contendimus, & ex locis allegatis probare intendimus.

V. *Vaticinia Christi & Apostolorum de generali quadam apostasia Ecclesiæ visibilis sub Nou. Testam. futura,* sunt eiusmodi. *Matth. 24.* Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & miracula eiusmodi edent; quibus etiam collectos, si fieri possit, in errorum seducant. *Luc. 18.* Filius hominis cum venerit, an putas eum fidem in terra esse inuenturum &c. 2. *Theff. 2.* Non veniet dies Christi, quin prius venerit apostolia. *1. Timoth. 4.* Spiritus diserte dicit, postremis temporibus multos a fide defecturos. *Apocal. 12.* prædictur futurum, vt Satanas ecclesiæ vñdi quaque coarctet; atque in angustias, imo in solitudinem redigat. *Et cap. 13.* vñiueris aliis quædam defectio describitur, quod videlicet omnes incola terra bestiam illam bicornem adoraturi sint. Idem docetur *Apocal. 11.* vbi fumus ex abyssu ascens desribitur, quo sol, & totus aer obscuratur fuerit. Quo typō horrenda quædam doctrina obscuratio, seu caligo, in externa Christi ecclesiæ exortura graphicè præfigurata fuit. Ergo etiam sub Nou. Testam. deficere potest ecclesiæ, quantum ad formam externam. *Bellarminus* excipit ad *Luc. 18. ver. 8.* quod non loquatur de fide simpliciter, sed de eximia quadam fide, quæ in paucis reperiatur, & in paucissimis futura sit in yñmis diebus: ita enim exponere *Hieronymum* in dialogo contra *Lucif.* & *Aug. de unit. Eccles. c. 13.*

*Respondeo.* Imo vero loquitur de vera & communī Christianorum fide, id est, de

# LIBER PRIMVS C A P . XVI.

77

est, de doctrina fidei: vt intelligi potest ex collatione cum Matth. 24. ver. 11. quem locum etiam cœtuimus. Agnoscit hoc tandem ipse Bellarminus, & dimissa illa priore responsione aliam subiungit: Vel dicamus, inquit, cum Theophylacto, loqui Dominum de fide absolute, & velle dicere paucos futuros fideles tempore Antichristi, non tamen nullos, nec tam paucos, vt non faciant ecclesiari.

**Respondeo.** At hoc ipsum & nos dicimus. Neque enim hoc volumus, incidere posse tempus eiusmodi, vt nulli amplius superfini fideles, vel tam pauci vñon faciant ecclesiam: sed hoc dicimus, perfectionibus, vel hæreditibus, vel vñrisque simul inualescentibus, vere fideles ad eam paucitatem redigi posse; vt p̄t reliquorum multitudine contremptus & inuisibilis sit iplorum cœtus. Ad locum 2. Thess. 2. ver. 3. Bellarminus & Becanus excipiunt, intelligi in verbis Apostoli discessionem à fide, non generalem, sed particularem, id est, non omnium, sed multorum, qui tempore Antichristi deficiunt.

**Respondeo.** non dicimus Apostasiam sub Antichristo futuram, hoc sensu generalem, quod tota ecclesia sit defectura: sed, quia non erit particularis harum & illarum personarum (- nam à tempore Apostolorum singulis æratibus aliqui defecerunt, vt Nicolaitæ, Marcionitæ, Ariani, Donatistæ, &c.) verum integrarum prouinciarum, regnum, & tot ecclesiæarum particularium, vt externa ecclesiæ facies & forma videri non possit. Apoc. 12. 6: cap. 13. ver. tertio, 8. 16. 17. cap. 17. 2 cap. 18. 3. Porro solent quidam nostræ huic ordini diætorum addere duo ista, Dan. 9. v. 27. Cœfabit hostia & sacrificium. Ierem. 7. 4. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, T. templum Domini, templum Domini: Nam ex priori loco probatur, ecclesiæ externam posse deficere, quia ministerium publicum cessare potest: ex posteriori, non gloriandum esse de successione vñibili, templo, & ceremonijs, quod illa possint deficere.

**V. Loca Scriptura de perpetuis ecclesiæ persecutionibus** hæc fere adducta nostri: Lue. 12. vera Christi ecclesia grecus pusillus appellatur. Iohann. 16. veros Christianos odijs omnium atque iniurijs exppositos fore docetur. Sic Matth. 10. & 16. & 24. item Lue. 21. & passim alibi, similia non pauca leguntur. Quibus etiam respondent illa veterum prophetarum vaticinia, de paucis quibusdam reliquis ex gratia seruandis: vt Eze. 1. & 10. Nisi Deus reliquistet nobis semen & c. Et cap. 24. comparatur populus Dei verus paucis ohiis, itemque paucis vñis, post racemationem ac decussionem relictis. Vide etiam Ier. 3. Hof. 1. Zach. 2. & alibi passim, vbi prædictit ipse Deus, se relictum esse in medio nostri populum pauperem, & abiectum, qui speratus sit in ipsum & c. Ergo non semper hic appetet vera piorum ecclesia; neq; semper externa ecclesia in puritate doctrina peruerat.

**VII. Secunda classis argumentorum pro nostra sententia** nititur inducitio exemplorum, quæ in quatuor ordines subdividimus. Argumentamur enim à conditione & statu ecclesiæ ante Mosen, ecclesiæ Iudaicæ post Mosen, ecclesiæ quæ fuit tempore Christi, & ecclesiæ Christianæ quæ post excessum apostolorum per aliquot secula continuo viguit. Primo itaq; sic ratiocinamur. In ecclesia illa antiquissima, quæ fuit inde ab initio mundi, fere vñque ad legem latam, externa ipsius forma & facies non mansit perpetuo sibi similis. Nam Cainitæ, aliisque plures, à puro Dei cultu defecerunt. Gen. 4. Imo tempore Noachi totus pene terrarum orbis, & proinde etiam externa Dei ecclesia, à vera fide & pietate defecit, Gen. 6. & 7. Deniq; post diluvium, paulo ante vocacionem Abrahæ, nulla vñspiam vñibilis ecclesia apparuit, Gen. 11. & 12. Ergo externa ecclesia deficere potest, & solet: qui p̄t quæ tam sepe in V. T. defecit.

**VIII. Secundus ordo exemplorum** continet vñuersum statum ecclesiæ Israelicæ post legem latam. Et primo quidem totus Israels populus, paucissimis exceptis, a vero Dei cultu tunc palam defecit, cum manifestam in deserto idolatriam exerceret. Exod. trigesimo secundo. Deinde sub iudicibus s̄pē dicitur vñuersa ecclesia, relicta vero Deo, ad idola defecisse, Iudic. 1. & 2. Terzo regnum Israel adeo defecit à fide & pietate, vt Elias se solum ex veris Dei cultoribus relictum esse putaret, primo Regum decimo-octavo & decimo nono. Istud vero regnum erat maxima pars populi Dei: vt potest quod constabat decem tribubus. Denique regnum Iuda, quod constabat duabus tantum tribubus, subinde adeo degeneravit, vt Elias cap. 1. & seqq. Ieremias cap. 2. 5. & 7. & alii prophetæ passim narrant & conquerantur, totum Dei populum idolatria, & alijs id genus peccatis infectum fuisse, hoc est, vñuersam Iudæorum ecclesiæ vñibilem, à puro Dei cultu defecisse. Vide etiam 2. Regum 16. & 17. vbi & regis Achazi, & fæderis Vziaz, Apostasia ita describitur, vt eam totus populus Iudaicus, saltu tacite, approbasse innuat. Et quis nescit, hanc ipsam defensionem fuisse præcipuum, immo vñicam, captiuitatis Babylonicae causam.

**IX. Hic vero Bellarminus & Beccanus ita excipiunt.** 1. non defecit tota synagoga tempore Mosis, in adorando vitulo, sed pars eius. Nam neque caput ecclesiæ, quod tum temporis erat Moses, neque corpus defecit: quia omnes Leuitæ immunes fuerunt ab eo peccato, Exod. 32. ver. 36. Erant autem filii Leui viginti duo millia, vt habetur Numerorum 3. 39. 2. non est eadem ratio populi Iudaicorum & Christianorum. Nam populus Iudaicorum non erat Ecclesia vñuersalis, vt populus Christianorum, sed particularis, & propterea etiam extra illum populum inueniebantur fideles & iusti, vt Melchizedech, Iob, Cornelius, Centurio, Eunuchus regina Candaces, & alii. 3. & in regno Israel, & in regno Iuda remansit ecclesia. 4. Ecclesia habet promissionem de sua firmitate ac stabilitate, Matth. 16. Portæ inferti non prævalebunt aduersus eam. 5. Ecclesia est libera: synagoga fuit ancilla. Et illa designatur per Sarah, quæ fuit vxor Abraham: hæc per Agar, quæ fuit ancilla, Galat. 4. ver. 24. At Agar fuit dimissa & repudiata, non item Sara. Ergo similiter synagoga debuit repudiari, non item ecclesia. Secundam exceptionem sic amplificat Beccanus. Ecclesia est Catholica seu vñuersalis, non solum ratione loci, sed etiam ratione hominum saluandorum. Quotquot enim saluantur, in ecclesia saluantur: & extra illam saluari nemo potest. Igitur, si deficeret tota ecclesia, nullus omnino saluaretur. At synagoga non erat Catholica seu vñuersalis, quia extra illam poterant homines saluari, vt Ninivitæ, & alij. Tametsi ergo defecisset synagoga tota, adhuc tamen potuerunt homines saluari, neque ideo omnis ecclesia Dei in terris defecisset. Ex his videre est, quam nulla sit ista consequentia: Synagoga defecit. Ergo ecclesia deficit.

Tom. V.

**Respondeo** primo ad istam conclusionem, nos non ita argumentati; sed hoc modo: Synagoga defecit quantum ad exteruam formam. Ergo ecclesia potest deficere. Nunc ordine veniemus ad exceptiones. ad 1. Fuerunt proculdubio inter Israëlitas, qui non adorarunt vitulum. Sed illi erant pauci, respectu vñuersa multitudinis. Et erant occulti, neque constituebant vñibilem aliquem cœtum. ad 2. Magnum est disserimen inter ecclesiæ Iudaicam & Christianam. Sed illud non est positum in essentia. Itaq; si ecclesia Iudaica potuit obscurari, & ad paucitatem redigi: etiam Christiana potest. Nam hoc ipsius fatum est prædictum, vt paulo ante vñdimus. Deinde tametsi ecclesia Iudaica non fuit vñuersalis eodem gradu quo ecclesia Christiana: tamen vere fuit Catholica, sive suo complexa particulares ecclesiæ in ciuitatibus & domibus collectas. Hinc Augustinus sermon. 217. ait: Ecclesia Catholica non solum post aduentum Domini & Saluatoris nostri prædicta est, sed etiam ab initio mundi figuris & sacramentis designata. Tertio licet ecclesia catholica in Vet. T estam. solum inter Israëlitas fuerit vñibilis: omnes tamen fideles per totum mundum dispersi, illius ecclesiæ, ad quam Israëlitæ pertinebant, membra fuere. Quarto ecclesia catholica V. T est: easdem habuit promissiones de sui perpetua conseruatione, quas habet ecclesia N. T est. vt Eze. 49. & 54. & alib. Quarto allegoria apostoli falso accommodatur: Nam Agar figurat fœdus legis, Saræ fœdus gratiae.

X. **Tertius ordo** continet exemplum eius Ecclesiæ, quæ fuit tempore ipsius Christi: quæ sane vñuersa, si quidem externam speciem ac splendorem consideres, valde obscura fuit totaque à professione vere fidei defecit; quippe quæ ipsum Christum, ecclesiæ sponsum & caput vñicum, eiusque paucos & obscuros discipulos, non solum animis auersata, sed & re ipsa crudeliter persecuta fuit, suisque falsis dogmatibus, ac superstitionibus, tanquam pessimo fermento, legem Dei contaminauit. Matthæi quinto 6. 7. 15. 16. 23. Iohann. 8. 9. 10. 11. 12. & deinceps. Actorum 4. 5. 7. & d. toto lib. Et ego ecclesia extera etiam tota deficere potest, remanentibus occultis fideibus; quales tum temporis erant Simeon, Anna, Nicodemus & c. Deinde tempore passionis Christi ecclesia non erat vñibilis, talis scilicet, in qua erant prælati & subditæ, pastores & oues. Nam ecclesia vñibilis non erat apud Phariseos & Scribas. Illi enim impudenter & scelerate errarunt, Bellarminus libro tertio cap. 17. Neque apud Apostolos; quia vt idem ait: illi tantum fuerunt materiales partes ecclesiæ, non formales, hoc est, non episcopi, aut pastores. Hic excipit Beccanus, synagogam tempore Christi defecisse, non quod tunc defecet a vera fide, quam antea profitebatur, sed quia tunc repudiata est cum suis ceremonijs & sacrificijs, & in eius locum succedit ecclesia Christi. At non sequitur, hanc similiter repudiandam: imo contrarium sequitur: primo, quia synagogam representabat ancilla Abraham, quæ fuit repudiata: ecclesiæ vero vxor Abraham, quæ non fuit repudiata. Secundo synagoga ideo fuit repudianda, quod neque perfecta esset, neque sufficiens ad salutem, Hebreorum 7. ver. 19. Et hoc sensu ceremoniæ & sacramenta synagogæ vocantur ab Apostolo infirma & egena elementa, Gal. 4. 9. At Ecclesia Christi est perfecta & sufficiens ad salutem, quia sacramenta eius, quæ à Christo instituta sunt, habent vim iustificandi, & tollendi peccata. Tertio synagoga continet vñbram futurorum, Hebr. 10. ver. 1. Ecclesia continet lucem, qui est Christus, Iohann. 1. ver. 9. At vñbra necessario deficit, accidente luce. Debuit igitur cessare synagoga cum suis sacrificijs, quando venit ecclesia cum Christo. Quarto synagoga erat instituta pro fœris, ecclesia pro filiis. At serui accipiunt temporalem mercedem à fœris dominis, & sic dimittuntur: filii autem succedunt in perpetuam hereditatem.

**Respondeo.** 1. Aliud est loqui de defectione ecclesiæ Iudaicæ tempore Christi, aliud de ipsius abolitione & repudio. Nos respicimus illud prius: Beccanus disputat de posteriori. 2. Pharisei tempore Christi defecerunt à fide, vt Bellarminus concedit. Ergo ecclesia extera defecit. 3. Paulo ante ostendimus, duo fœda fuisse representata per ancillam & vxorem Abrahæ, non vero ecclesiæ Vet. & Nou. Testam. Nam vñbræ est vñum fœdus gratiae. 4. Ecclesia in sensu compósito non fuit repudiata, sed in sensu diuiso, hoc est, ecclesia, quatenus ecclesia, non fuit à Deo reiecta, sed ecclesia defecit. Perpetua, & theologo indigna, est confusio esentia & accidentium ecclesiæ V. & N. T. Nam ecclesia vera V. T. est eadem specie cum ecclesia N. T est. quantum ad essentiam: disserimen duntaxat est in œconomia, siue in accidentibus. 6. Aliud est loqui de abrogatione ceremoniarum, aliud de reiectione populi ingredi, quam apostolus percutit Rom. 11:

XI. **Quartus ordo exemplorum** complectitur aliquot cœta vaticiniorum, de quibus dictum est §. id est, historias ecclesiæ Christianæ, quæ patto post Apostolorum excessum, per aliquot secula continuo viguit. Illa enim non modo grauissimas persecutions (quarum decem à Romanis Imperatoribus fuerunt profectæ) sed & varias episcoporum factiones, imo periculosa hæreses (quarum aliqua interduum maximam orbis Christiani partem occupabant) non sine scandalo & defectione multorum hominum & cœtum experta fuit. Vide in primis Eusebium lib. 8. ecclesiastice historia, fere per totum. Hinc Athanasius epist. ad solitarios ait: Quæ nunc ecclesia Christiana libere adorat: nam si alicubi sunt p̄ii, illi itidem, vt magnus ille Elias, absconduntur, & in speluncas terræ se abund, aut in solitudine errantes cōmorantur. Similia habet Hilarius lib. contra Auxentium Arianum, & lib. de synod. Ita Hieronymus dialog. contra Luciferianos de sui temporis ecclesia scribit: Ingenui totus orbis, & se Arianum esse miratus est. Idem miratur, suo adhuc século reliquias Christianorum fuisse repertas ob persecutionum antecedentium immanitatem. Ergo Patres ipsi suo tempore hanc defectionem ecclesiæ externæ experti sunt.

XII. **In tercia classe argumentorum** sunt rationes pro nostra sententia. 1. Omnes homines, licet fidem Christi profites, respetto naturalis suæ libertatis, & ordinariae diuinæ permissionis, à virtutibus ad vitia, & nominatum à vera fide, & pietate, ad idolatriam, & iniustitiam, deficere possunt. Ex quo efficitur, ecclesiæ extera (quæ nihil aliud est, quam multitudo proficentium fidem in Christum) in eas sepe angustias redigi posse, vt vel nulla prorsus, vel admodum obscura, eius facies

donum

G 3

donum in omib[us] electis sibi adiunctum habet: externa tamen fidei professio, aut sacramentorum usuratio non semper veram illam fidem infallibiliter arguit. Itaque externa ecclesia potest deficere à vera fide. 3. Etsi fides vera & interna in electis totaliter, ac finaliter extingui non potest: interdum sapientia magna ex parte obscuratur, & quasi tentationum procellis obtruitur: ita ut foris aut omnino nulla, aut valde obscura, eius indicia apparent. Itaque aspergibilis Christi ecclesia potest ad tempus deficere à fide actuali. 4. Nulli particulari ecclesiæ facta est absoluta promissio, quod futura sit perpetua, ac defectioni haudquam obnoxia. 5. Internus ecclesiæ splendor est illi essentialis & perpetuus: externus vero accidentalis & temporalis. 6. Quemadmodum Christus, caput ecclesiæ, duplum statum est expertus, humiliationis seu ignominiae, & exaltationis seu gloriae: ita ecclesia, corpus Christi, duos status alternos vicibus recurrentes in hac vita experitur. Nam in statu humiliationis versatur, quoties vel tyrannorum potentia, vel hæreticorum astutia, vel scandalorum frequentia, premunt: in statu exaltationis, quando sua habet halcyonia. 7. Ambrosius lib. 4. hexaem. cap. 8. Ecclesiæ comparat luna: quia vt luna interdum plenula refugit, quandoque vero sicut & inconspicua est, & variis omnino fluctuat, defectus & ortus, incrementa, & decrementa obtinet: si ecclesia Christi modo fulget per publicum & liberum cultus diuini exercitium, modo obscuratur per gravitatem persecutionum & hæresim infaustum, tandem tamen ex obscuritate ista iterum emergens de persecutionibus & hæresibus gloriosum reportat triumphum. Sed Beccanus in Manuali summatum ita excipit aduersus hanc rationem. Hic iterum apparet eos, qui hoc objiciunt, degeneres esse filios ecclesiæ. Habent clara & aperta testimonia pro innocentia & integritate matris suæ. Cur sine causa querunt occasionem calumniandi? Cur, quæ à Scriptura & Patribus optimo sensu dicta sunt, sinistre interpretantur? Esto sine: ecclesia sit similis lunæ. Sed in quo illi similis est? An in eo, quod sicut luna sæpe deficit, sic etiam ecclesia sæpe deficit? Hoc dicunt, qui oderunt ecclesiæ. In quo ergo? In his potissimum. Primo, sicut luna in principio mensis exigua est, ac deinde paulatim crescit, donec plena & perfecta sit: ita ecclesia, in principio sui ortus, exiguum terræ locum occupabat; ac postea ita crevit, vt tandem toto terrarum orbe diffunderetur. Sic Augustinus in Psalm. 103. Secundo, sicut luna accipit lumen corporale à sole: ita ecclesia accipit lumen fidei ac sanctitatis a Christo. Sicidem Augustinus in Psalm. 10. Et Philo Carpathius in Cantica canticorum. Tertio sicut luna mutationi est obnoxia: ita etiam ecclesia in hac vita. Nam aliquando fruitur pace, aliquando patitur persecutions. Sic Ambrosius lib. 4. hexaem. cap. 2. ait: Ecclesia tempora sua habet persecutionis & pacis. Nam videtur sicut luna deficit, sed non deficit. In his ergo consistit similitudo inter lunam & ecclesiæ: non item in defectione. Miror vero aduersarios, cur hanc vnam similitudinem allegant in praedictum ecclesiæ, cum sint multæ aliae, quæ in favorem & commendationem illius allegari poterant. Nam in Scripturis & Patribus, ecclesia per allegoriam vocata est non solum luna, sed etiam sol, hortus conclusus, fons signatus, parvulus, columba speciosa, ciuitas Dei, terra viuentium, mulier amicta sole, regina in vestitu deaurato. Quæ omnia honorifica sunt. Si essent boni ecclesiæ filii, merito hos titulos matris suæ tribuerent, & ab omni calumniandi studio abstinerent. Respondeo. 1. Non calumniamur ecclesiæ, quando ipsam cum luna comparamus: Sed scapham appellamus scapham. 2. Non solum hanc comparisonem in hoc tertio faciam adferimus: sed etiam illas amplectimur, quas Beccanus habet; imo longe plures adducimus. Et vero nouit Beccanus, res duas in multiplici tertio comparari posse. 3. Non simpliciter asserimus, ecclesiæ posse deficere, sed secundum quid. Nam neque in totum deficit, neque semper. Id quod ipse Ambrosius lib. 10. in Lucam cap. 21. his verbis testatur: Plurimis à religione deficientibus clara fides obscurabitur nube perfidie. Et quemadmodum menstruis cursibus luna vanescit &c. sic & sancta ecclesia, cum luminis cœlesti virtus carnis obscuratur, fulgorem diuinum luminis de Christi radijs non potest mutuari. 4. Omnia ecclesiæ elogia, quæ Beccanus recitat, agnoscimus, & pro re nata illis vtrum.

XIII. Quarta & ultima classis nostrorum argumentorum exhibet testimonia Patrium, idem in hac causa nobiscum sentientium. Nazianzenus serm. contra Arianos irridet eos, qui opes ac splendorem suum insolenter iactabant, & ecclesiæ multitudine definiebant, quasi pauper, exiguus, & obscurus grex, ac passim in mundo dispersus, ecclesiæ nomine cenfieri non posset. Hilarius libro contra Auxentium circa finem: Male vos partetum amor cepit, male ecclesiæ Dei in rectis ædificiis que veneramini, male sub his pacis nomen ingeritis: montes mihi, & lacus, & carceres, & voragini sunt tutiores. Athanasii & Hieronymi testimonia vide paulo ante §. 11. Porro Basilius epist. 69. & 70. itemque Bernhardus serm. 33. in Cantic. ita deplorant virtutia prælatorum omnium sui temporis, ut satis ostendant, e tempore omnes declinasse in viam suam, & nullam fuisse visibilem ecclesiæ. Chrysostomus homil. 49. in Matth. docet, interdum nullum esse visibile signum, quo vera ecclesia cognoscatur, & ideo tunc solum recurrentem esse ad Scripturas. Hieronymus super psal. 133. ait, Ecclesiæ non in parieribus, aut rebus externis, sed vera fide confidere. Augustinus epist. 80. Ecclesiæ soli, lunæ, & stellis comparat, & interdum eclipsis quandam pati, imo nonnunquam penitus obscurari asserit, his verbis: Quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, ecclesiæ non apparebit, impis tunc persecutoribus ultra modum saevientibus &c. Tunc stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, quoniam multi, qui gratia fulgere videbantur, persequenteribus cedent, & cadent, & quidam fideles firmissimi turbabuntur. Idem lib. 1. de consens. Euang. cap. 31. Per multos annos ecclesiæ, quæ futura erat in omnibus gentibus, in filiis tuis, id est, in sanctis tuis non apparuit. Aretas in cap. 12. Apoc. permulierem in desertum fugientem intelligit ecclesiæ. Primasius in eundem locum: Per desertum intelligo loca abdita, in quibus se ecclesia propter mecum persecutionis ostendit. Ex his, & infinitis aliis, concludo ecclesiæ Christi externam obscurari ac deficere posse. Atque hæc ipsa quoque est assertio aduersariorum. Nam Gregorius de Valencia tom. 3. comment. in Thomam. col. 17. 4. ait: Licet apostoli fidem exterius non fuerint professi, & scandalum passi sint quoad externam fidei confessionem, potuissent tamen in anima fidem retinere. Stapletonus lib. 13. princip. doctrin. cap. 2. Pelli sane poterit in desertum ecclesiæ regnante Antichristo, & illo momento temporis in deserto, id est, in locis abditi, in speluncis, in latibus, quo sancti se recipient, non incom-

mode queretur ecclesia. Rhemensis in 2. Thess. 2. sect. 10. Paulo ante finem mundi externus status ecclesiæ Romanæ cessabit, & publicum fidelium cum ea commercium; & apostasia passim tunc obtinebit: & tamen p[ro]ij corde & animo cum Papa & Romana ecclesia communicabunt. Bellarmine lib. 3. de Pontifice Roman. cap. 7. Certum est Antichristi persecutionem fore gravissimam & notissimam, ita ut cesserent omnes publicæ religionis ceremonia & sacrificia.

## CAP. XVII.

Sententia Papistarum, Ecclesiæ Christi esse cœtum visibilem, qui non possit deficere, refutatur.

I. Papistæ uno ore asserunt, impossibile esse, ut ecclesia Christi in his terrib[us] deficiat, sed semper illam futuram esse cœtum visibilem & palpabilem, ut est cœtus populi Romani, vel regnum Galliæ, aut resp. Venetorum, ut sunt verba Bellarmini lib. 3. cap. 2. Qui sex classes argumentorum adnotat, quibus hanc sententiam probat. Primam classem petit ex duobus Scripturæ locis, in quibus ipsum Ecclesiæ nomen ita exprimitur, ut perpetua stabilitas eidem promittatur. Matth. 16. ver. 18. Super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. 1. Timoth. 3. 15. Ut scias, quomodo conuersari debeas in domo Dei, quæ est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Priorem locum ita explicat Beccanus in Manuali. Christus duo promittit. Primo, quod velit Ecclesiæ suam ædificare super petram. Secundo, quod portæ inferi non sint eam expugnatur. In vtroque alludit ad id, quod Matth. 7. 24. dixerat, sapientem architectum esse, qui ædificat domum suam super petram; stultum, qui superarenam. Cautulam addit; quia quando oritur aliqua vehemens tempestas, mox corruit illa, quæ super arenam; non altera, quæ super petram fundata est. Christus ergo voluit imitari sapientem architectum, & ædificare Ecclesiæ suam super petram, ut nulla ventorum aut imbrum vi possit disturbari. Hinc patet, eos magnam iniuriam irrogare Christo, qui asserunt ecclesiæ ab ipso ædificatam posse deficere, & reipla defecisse. Nam inde sequitur, non super petram, sed super arenam fuisse ædificatam: ac proinde Christum fuisse stultum, non sapientem architectum. Imo fuisse mendacem, quod promiserit se super petram ædificatum, & non fecerit: quod dixerit portas inferi non præualituras, & præualerint. Et hoc argumento vni sunt plerique patres. Locum, qui est 1. Timoth. 3. idem Beccanus ita explicat. Ecclesiæ visibilis dicitur columna veritatis triplici sensu. Primo, quia est columna firma & stabilis, quæ a veritate deflectere non potest, ut explicant Catholicæ. Secundo, quia est fida custos veritatis, eamque puram & sinceram ad posteros transmittit; ut vult Caluinus. Tertio, quia non alibi habitat veritas Dei in hoc mundo, nisi in ecclesiæ, ut interpretatur Beza. Hinc sumo triplex argumentum, 1. Si ecclesiæ visibilis, est columna firma & stabilis, quæ a veritate deflectere non potest, certum est, non posse errare in fide. 2. Si est fida custos veritatis, nunquam sua culpa amittit veritatem: aut si illam amittit, non est fida illius custos. 3. Si veritas non alibi habitat quam in ecclesiæ visibili, vel ergo superioribus seculis non habitavit veritas in hoc mundo; vel si habitavit, non alibi quam in ecclesiæ visibili habitavit. Necesse ergo est, fuisse ecclesiæ visibilem.

II. Respondeo. 1. Duo ista loca probant perpetuam ecclesiæ duracionem, quam nos non negamus: non vero perpetuam eius visibilitatem & exterram claritatem, de qua queritur. 2. Duo ista loca agunt de ecclesiæ catholica & inuisibili sive interna, quæ constat ex solis bonis. Neque enim ecclesiæ visibilis, quæ constat ex bonis & malis, est fundata super petram, aut domus Dei, aut columna veritatis. 3. Duo ista loca aliquo modo accommodari possunt ad ecclesiæ visibilem sive exterram & particularem, quatenus videlicet in illa degunt electi. Absolute & simpliciter non possunt. Nam multæ visibiles & particulares ecclesiæ sunt ab inferorum portis euerse. 4. Ipsi aduersarii concedunt, Antichristum è medio sublatum totam exterram rationem ecclesiæ. 5. Ecclesiæ dicitur columna, non propter stabilitatem, sed ratione officii sui: ut supra demonstrauimus. 6. Ecclesiæ catholica nūquam amisit veritatem. 7. Veritas cœlestis habitat in ecclesiæ visibili vniuersa, & ἐν τῷ οὐρανῷ accepta, non autem in hac vel illa tantum. 8. In summa: Quæ duobus hisce locis de interna tantum, seu catholica Christi ecclesiæ, deque eiusdem æterna duratione, stabilitate, atque securitate aduersus omnis generis hostes, differuntur: ad exterram & visibilem ecclesiæ, eiusque temporalem in hoc seculo splendorem, seu splendidam & conspicuam in hoc mundo durationem, perperam accommodantur, per fallaciam homonymia, & ignorationem elenchi. Non prævalent inferorum portas aduersus ecclesiæ Christi, si vel maxime splendoris eius externo, qui est accidentis separabile, præualeat. Nec definit esse ecclesiæ domus Dei, aut columna veritatis, si vel maxime vera ipsius membrum lateat.

III. Secundam classem suorum argumentorum Bellarmine petit ex quatuor Scripturæ locis, in quibus ecclesiæ nomen non ita diferte exprimitur; sed eidem tamen perpetua stabilitas promittitur. Matth. 28. ver. ultim. Ego vobissem usque ad consummationem seculi. Ergo ecclesiæ exterram semper hic pura permanebit. Christus enim alloquitur discipulos suos, hoc est, ecclesiæ visibilem. Eph. 4. ver. 11. & d. Ipse dedit apostolos, prophetas &c. ad consummationem sanctorum &c. donec occurramus omnes in vita fidei. Vnde patet, exterrum verbi ministerium pure, ad finem usque seculi, in ecclesiæ duraturum; ac proinde ecclesiæ visibilem nunquam a fide defesturam. Psalm. 48. ver. 7. Deus fundauit ciuitatem Hierosolymam in exterrum. Id quod de perpetua duratione ecclesiæ omnino est accipendum, & quidem de duratione ecclesiæ visibilis: quippe cuius typus fuit illa visibilis Hierosolyma. Esa. 51. ver. 8. 9. Semen eorum cognoscetur in gentibus, & in medio populorum. Omnes qui viderint eos, scient esse semen a Deo benedictum. Qui locus tam est perspicuus, ut expositione non egeat. Quomodo enim inuisibilis erit ille cœtus, quem omnes qui viderint, pro semine Dei habebunt? Quatuor hisce locis alii addunt quintum Esa. 59. 21. Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore feminis tui, dicit Dominus, à modo usque in sempiternum.

Respondeo.

# LIBER PRIMVS CAP. XVII.

79

**Respondeo ad 1.** Sane Christus vi huius promissionis perpetuo adest credentibus, in quorum cordibus habitat per fidem. Sed hinc non recte inferatur, visibilem Ecclesiam semper fore splendidam. Perpetua duratio inde rete colligitur: quam nemo negat. *ad 2.* Ex illo loco recte concluditur, Ecclesiam Christi vsque ad finem mundi semper habituram sivos pastores, adeoque & auditores: qui utique se in uicem agnoscunt. Sed inde non potest colligi, illud ministerium, quod erit perpetuum, fore perpetuo publicum, palpabile, & incorruptum. *ad 3.* Psaltes loquuntur de perpetua duratio Ecclesiae Catholicae, cuius typus fuit Hierosolyma. Sed quid hoc ad splendorem externum & conspicuum? *ad 4.* & 5. Propheta loquitur de foedore Dei, quod est perpetuum. Id autem pertinet ad Ecclesiam Catholicam & internam simpliciter; ad externam & particularem secundum quid; quatenus nempe in illa sunt electi Dei filii. Deinde concedimus, statum Ecclesiae gentium in N. T. quandoque esse gloriosum & conspicuum. Sed de eo non est quaestio. Id enim in disputationem venit, an ille splendor externus sit attributum Ecclesiae?

**III.** *Tertia classis* complectitur parabolas illas, supra etiam allatas, de area, complectente triticum, simul & paleas; de sagenae, seu reti, continente bonos simili, & putres pisces; de agro, in quo simili frumentum, & zizania reperiuntur; de coniuvio, in quo discubunt boni pariter & mali; de ouli, in quo sunt oues simili & hædi. Quibus parabolis ex confessione aduersariorum describitur Ecclesia visibilis. At eadem parola docent, hæc omnia talia permanstra usque ad tempus messis, hoc est, usque ad consummationem seculi, *Matth. 3.12. cap. 13.30.* Hinc itaque apparet, Ecclesia externam, ut pote similibus istis adumbratam, perpetuo in hoc seculo duraturam esse: immo licet interdum aliqua eius membra impura sint; ipsam tamen, vna cum puritate, splendorem quandam externum & visibilem semper habitutam esse.

**Respond.** 1. Ecclesiae illæ visibiles ad finem usque mundi perdurabunt: sed non eodem splendore externo. Hic enim pro diueritate temporum variat. 2. Puritas semper manebit in fundamento salutis: at non in toto ministerio externo. 3. Ex his locis non concluditur, Ecclesia esse visibilem eo modo, quo Bellarminus contendit, quod scilicet in capite suo visibili, Pontifice Romano; itemque in prælatis sit conspicua, & externo splendore praedita.

**IV.** *Quarta classis* sumitur ex iis Scripturæ locis, in quibus mentio fit regni Christi, tanquam perpetuo in hac terra visibiliter duraturi. *Psalm. 45.* Regnum tuum in seculum seculi. *Psalm. 89. vers. 29.36.* Stabiliam semen eius in seculum, & thronum eius sicut dies cœli. *Item:* Thronus eius erit sicut sol in conspectu meo. *Dan. 2. 44.* Suscitabit Deus regnum, quod in æternum non dissipabitur. *Luc. 1.33.* Regni eius non erit finis. *Item:* Regnabit super dominum Davidis in æternum. At regnum omne, præsertim amplum, solet esse visibile ac conspicuum. Itaque Ecclesia Christi cum externo & regio splendore hic perpetuo durabit. Neque enim regnum dici possunt homines aliquot occulti, & dispersi, & separati ab inuicem, qui se non nouerunt.

**Respond.** 1. Est omnino regnum Christi perpetuum: sed non est perpetuo splendidum splendore externo. 2. Splendor & lux regni Christi est interior & spiritualis. Et hic splendor est de essentia regni Christi. Splendor externus est ipsi accidentalis. 3. Splendor externus regni Christi est alius a splendore mundo. Nam regnum Christi non est de hoc mundo.

**V.** *Quinta classis* continet luculentia aliquot testimonia Patrum; præsertim Augustini contra Donatistas: ut in lib. de unitate Ecclesiae cap. 13. & 20. item in Psalm. 101. & 147. Quibus locis Donatistas acriter reprehendit, quod dicent, Ecclesiam omnium gentium apostolatam, aut interisse, tantumque in angulo Africæ tum temporis delituisse. Et Bernhardus ferm. 79. in Canic. negat, genus Christianorum posse deficere, aut fidem de terra, aut charitatem de Ecclesia peire. Sic Vincentius Livinensis Nestorium reprehendit, quod diceret, totam Ecclesiam errasse in mysterio incarnationis. Vnde apparet, Patres istos credidisse, visibilem Christi Ecclesiam à vera fide nunquam deficere posse; sed perpetuo stabilem, & incorruptam, in oculis omnium permanere.

**Respond.** 1. Nos nihil commune habemus cum Donatistis, qui Ecclesiam in sola parte Donati constituebant. 2. Bernhardus loquitur de Ecclesia Catholicæ & inuisibili. Nos contra Nestorium asserimus, Ecclesiam totam non posse errare in fundamento salutis, quale est mysterium incarnationis.

**VI.** *Sextam argumentorum classem* Bellarminus petit extriplici ratione. 1. Si aliquid Ecclesia visibilis interiret, impossibile esset eos homines, seu populos, qui extra Ecclesiam sunt, ad salutem peruenire: si quidem isti Ecclesiam inuisibilem prorsus ignorant. Absurdum vero est statuere, Deum alligantem media ad salutem sufficientem vlo vñquam tempore, præcipere seu denegare velle. 2. Si Ecclesia visibilis perit, aut perire potest, tum nulla vera Ecclesia remanet. Quia de formalis ratione vera Ecclesia est, est visibilem. At Ecclesiam interire, prorsus est impossibile. E. 3. Vel homines illi occulti, qui Ecclesiam inuisibilem constitunt, proficitur palam fidem suam, vel non. Si profitentur: ergo non est Ecclesia inuisibilis. Si non profitentur: ergo nulla est Ecclesia. Est enim de ratione veræ Ecclesiae, ut profiteatur fidem *Matth. 10.33.* Quicunque negauerit me coram hominibus &c. *Rom. 10.10.* Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Cum igitur hæc confessio, & vniuersus Dei cultus, sit externus & visibilis, non potest non, ipsa etiam Ecclesia perpetuo visibilis esse; & per consequens, fieri non potest, ut visibilis ista Ecclesia vñquam à vera fide deficiat, aut splendorem suum prorsus amittat.

**Respondeo ad 1.** Quamvis Ecclesia Catholicæ sit interna & inuisibilis: nunquam tam ab Ecclesia visibili est separata; cum extra cœrum vocatorum, ordinarie non sint quærendi eleæti. Deinde quamvis Ecclesia in eas angustias redigi possit, ut non sit visibilis mundo, aut multis: tamen absolute, simpliciter, & in se non est inuisibilis. Nam confessores, qui in ea latent, se inuicem norunt. Denique quando Ecclesia amittit exterrum suum splendorem, non est simpliciter de necessitate salutis, vt aliquis se coniungat Ecclesia visibili & particulari. Est enim duplex ad Ecclesiam accessus, externus & internus. Ille fit professione & loco: hic fide & animo. Et hic solus est simpliciter necessarius ad salutem: ut patet in exemplo Eliæ. *ad 2.* De ratione Ecclesiae Catholicæ est, esse inuisibilem. Et autem accidit, videri in particu-

laribus Ecclesiis. Deinde manet perpetuo in his terris Ecclesia visibilis: sed non est perpetuo uno aliquo in loco, uno tempore, & eodem externo splendore visibilis. *ad 3.* Debet dilemmati isti unum membrum: videlicet profitebantur fidem palam, sed occulte. Ita septem illa milla tempore Elia non profitebantur fidem palam, sed occulte. Idem fecerunt sancti martyres in speluncis & cauernis. Falsum itaque est, publicam fidei professionem vitæque sanctitatem visibilem requiri ab Ecclesia simpliciter, semper, ubique.

**VII.** Audiamus etiam *Becanum*, qui tres classes argumentorum hoc loco constituit. Sumit enim argumenta ex concessione aduersariorum, ex Scripturis, & patribus. Et primo quidem ex concessis necesse est quinque argumenta. Concedunt aduersarii, esse articulum fidei, dari Ecclesiam Christi visibilem: At articuli fidei semper veri sunt, nunquam falsi. Ergo semper verum est, dari Ecclesiam Christi visibilem, quæ sancta & Catholicæ sit. Ergo falsum est, totam Christi Ecclesiam visibilem post primos quingentos annos desecile, & multis seculis nullam fuisse visibilem Christi Ecclesiam. Nam si ita esset, non licet sit tunc dicere: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam. 2. Concedunt etiam aduersarii, Ecclesiam visibilem; esse sponsam Christi. Hinc formo duplex argumentum. Unum ex parte sponsi, qui indissolubili vinculo coniuncti sibi Ecclesiam visibilem, tanquam sponsam perpetuam, ut explicat Apostolus *Ephes. 5.31.* & prædictum est *Hof. 2.19.* Ergo nunquam ab ea separari potest. Alterum ex parte sponsæ, quæ ad perpetuam subiectiōnem, & fidem coniugalem obligavit se suo sponso. At non esset fidelis suo sponso, si post aliquot annos dehiceret à suo sponso. Vnde *Cyprianus lib. de unitate Ecclesia*: Adulterari non potest sponsa Christi; incorrupta est & pudica. 3. Ecclesia visibilem est domus Dei, adificata super petram, aduersus quam non præualebunt portæ inferi. 4. Ecclesia visibilem est columna & firmamentum veritatis. Huius, ut & præcedentis argumentum amplificationem vide §. 1. *huius cap. 5.* Nemo potest saluari extra Ecclesiam visibilem, ut cum Catholicis discere facetur. At semper aliqui saluantur. Ergo semper durat Ecclesia visibilem. Falsum ergo est, Ecclesiam visibilem multis seculis non extitisse. Nam si non extitisset, multis seculis nemo fuisset saluatus. Periissent igitur omnes maiores nostri, quotquot ante Lutherum peraliquot secula, rotu orbe vixerunt. Quis hoc credit? *Respondeo primo in genere.* Becanus disputat sine aduersario. Nos enim concedimus, semper in mundo esse Ecclesiam visibilem, sed non hærentem unum loco. *Deinde in specie ad 1.* Credimus Ecclesiam Catholicam & inuisibilem: cui accedit, videri in hoc vel illo cœtu. *ad 2.* Ecclesia interna & inuisibilis, in qua sunt soli boni, est sponsa Christi: non vero externa & visibilis, quatenus illa constat ex bonis & malis, electis & reprobis. Deinde ab officio Ecclesiae ad factum non valet argumentum. Obligant se sancti ad officium pietatis. At sacerdoto illud non faciunt. *ad 3.* & 4. Responsum perte ex §. 2. *huius cap. ad 5.* Semper aliqui saluantur, videlicet omnes qui sunt in Ecclesia Catholicæ. At hæc coniuncta est cum visibili: et si sua natura & per se non est visibilis.

**VIII.** *Secunda classis* apud *Becanum* continet alia quædam testimonia ex Scripturis. 1. *Elias cap. 54.* vaticinatur de Ecclesia Christi fæcunditate, amplitudine, firmitate, perpetuitate, & victoria contra hæreticos & alios hostes. Ac inter cetera, sic cam alloquitur in persona Dei. *vers. 4.* Noli timerre, quia non confundenter, neque erubescere. Confundenter autem & erubesceret, si erraret in fide. *Et vers. 10.* Montes commouebuntur, & colles contremiscerent: misericordia autem mea non recedet a te, & fedus pacis meæ non mouebitur. *Et vers. 11.* Ecce ego sternam per orbem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. Et ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos: id est, Ego ita fuhabo te, ut tempestate conuelli non possis: ita muniam te portis & propugnaculis, ut futura sis inexpugnabilis. *Et vers. 17.* Omne vas, quod factum est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistenter tibi in iudicio condemnabis: id est, omnes aduersarii, quos diabolus contra te excitabit, non habebunt successum: Et omnes hæreticos, qui tibi resistenter in causa fidei & religionis, de errore convictedos condemnabis. *Quod etiam factum est hactenus.* 2. Cum his verbis *Esaïæ* plane conspirant verba Christi *Matth. 16.18.* Porta inferi non prævalent aduersus eam. *Quæ verba sic explicat Augustinus lib. 1. de symbolo ad Catechumenos cap. 6.* Ista est Ecclesia sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera, Ecclesia Catholicæ, contra omnes hæretes pugnans. Pugnare potest, expugnari tamen non potest. Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam fermenta inutilia de vite præcisa. Ipsa autem manet in radice sua, in vita sua, in charitate sua. Porta inferorum non vincent eam. Vbi manifeste loquitur de Ecclesia visibili, ex qua exeunt ex inuisibili, in qua soli prædestinati sunt; quia in ea nunquam fuerunt. Igitur ex sententia Augustini, Ecclesia visibilis est vna, vera, sancta, Catholicæ, quæ à portis inferorum vincient expugnari non potest. 3. Christus *Matth. 28.19.* dicit ad discipulos: Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes &c. Et ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi q. d. Ecce ego mitto vos in vniuersum orbem, ut apud ethnicos prædicetis euangelium, & sacramenta administretis. Occurrent quidem vobis multa pericula. Sed fortis est te animo. Ego non deseram vos. Adero vobis & successoribus vestris. Ego, inquam, adero, qui nuper dixi: Non relinquam vos orphanos, *Iohann. 14.18.* Ego, qui dixi, Confidite, ego vici mundum, *Iohann. 16.33.* Ego, contra quem princeps huius mundi non habet quidquam, *Iohann. 14.30.* Ego, cui Pater promisit, Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, *Psal. 110.2.* Hoc etiam testimonio vtitur *Augustinus conc. 2. in psal. 101.* quod citatum vide paulo post §. 10.

**IX.** *Respondeo.* 1. Ex his locis non concluditur duratio Ecclesiae perpetua in hoc mundo; qualem Pontificii intelligunt, quasi nimis illa nullo pacto à vera fide deficere possit: sed eiusmodi duratio, quæ dicitur æterna. Differentia causa prior vocetur duratio gloriofa. Promittitur nempe vera Ecclesia, illiusque membris, æterna salus, ac securitas, aduersus Satanam, mundum, peccatum, & mortem; idque in rebus secundis & aduersis, sive, ut ante dicebamus, in statu exaltationis & humiliationis. Itaque semper vincunt fideles, et si hæc victoria non semper coniuncta est cum splendore exterio. 2. Quæ de æterna Christigloria, ac cœlesti dominatione, itemque spirituali assistentia dicuntur, ad perpetuam Ecclesiam visibilis, hoc est, vno aliquo in loco semper conspicua, conseruationem incepit trahuntur. 3. *Esaïas agit de Ecclesia Catholicæ*, cum qua Deus iniuit fœdus gratiae,

G 4

quod

quod est eternum. Itaque tota ista concio non debet, aut potest accommodari Ecclesiae particulari & visibili, nisi quatenus in illa degunt electi Dei filii. 4. Augustinus dicit hæreses exire de Ecclesia, non illa interna, æterna, & Catholicæ, sed de externa & visibili, quam appellat Catholicam, non ratione formæ internæ, sed ratione obiecti, quod est fides Catholicæ. Quam ambiguitatem suo loco explicauimus. Itaque hæreses exeunt de Ecclesia Catholicæ, quæ fidem Catholicam profitetur. Rursum hæreses exeunt de Ecclesia Catholicæ, iudicio charitatis. Nisi quis malit hanc esse mentem Augustini, quod Ecclesia N. T. per orbem totum dispersa sit Catholicæ. Et ita in Catholicismo non spectatur forma interna, sed amplitudo externa. Sed, inquis, apud Augustinum intelligitur Ecclesia Catholicæ, sancta, vna, vera. Resp. quia nempe Ecclesia Catholicæ coniuncta est cum visibili (vt supra docemus) hæretici exeunt de Ecclesia Catholicæ, non formaliter, id est, quatenus est Catholicæ, sed materialiter, hoc est, quatenus ipsi accidit esse visibilem. 5. Christus adest Apostolis & illorum successoribus, quamdiu sunt Apostoli & Apostolorum successores, hoc est, quatenus faciunt suum officium. Deinde hæc promissio non respicit omnia & singula individua, sed indefinitæ Ecclesiæ representatiuum.

X. *Tertia classis* continet Patrum testimonia: de quibus Becanus ita differit. Omnia argumenta, quibus olim Augustinus & alii Patres contra Donatistæ vsi sunt, valent etiam contra Lutheranos & Caluinistas. Et quidem potiori iure. Nam Donatistæ docuerunt, Ecclesiam Catholicam quæ ante toto orbe fuerat dispersa, postea toto orbe periisse, propter crimen Cæciliae episcopi, & solum remansisse in ea parte Africæ, quæ Donato adhærebat: vt testatur *Augustinus in lib. de heres. cap. 69.* Idem fere docent Lutherani & Caluinisti. Nam primo afferunt, Ecclesiam Catholicam, quæ primis quingenitis annis toto orbe fuerat diffusa, postea propter crimina Pontificis (quæ Antichristum vocant) toto orbe periisse. Secundo, ita penitus periisse, vt nusquam, nec in Europa, nec in Asia, nec in Africa, salua & incolumis permanerit; sed vbiique adultera & apostatica fuerit comprehensa. Tertio, postea nihil minus in ea parte Europæ, quæ Luthero adhærebat, reuixisse. In primo & tertio puncto similes sunt Donatistæ: in secundo deteriores. Igitur quidquid Augustinus & alii Patres contra Donatistæ olim scripserunt, id vel pari, vel potiori ratione contra Lutheranos & Caluinistas scripsi sunt. Resp. Nos nihil commune habere cum Donatistæ, ita probatur. Donatistæ, cum Catholicis nullam in doctrina falsitatem obiicere possent, propter mores tantum ab illorum communione sele separabant, criminis loco obicientes, quod Episcopi Catholicæ persecutionis tempore libros sacros hæreticis tradidissent. Atqui maiores nostri non solum propter corruptos mores, sed etiæ ac vel maxime, propter corruptelas doctrinæ ab Ecclesia Romana, non vero ab Ecclesia Catholicæ discesserunt. Deinde Donatistæ dicebant, Ecclesia ex toto orbe periisse: nos contra dicimus, Ecclesia & semper mansisse, & perpetuo duraturam. Vnde non solum superioribus seculis sub Papatu conseruatam fuisse Ecclesiam agnoscimus, sed adhuc in media Roma Ecclesiam Deo colligi sonora voce profitemur. Denique Donatistæ solius Africæ finibus Eccleham includebant: vnde dicebant, omnes bonos defecisse de mundo, vt in sola parte Donati remanerent, teste *Augustino de unit. Eccles. cap. 13.* nos Ecclesiam Catholicam, pertorum orbem diffusam, credimus ac profitemur. Vnde patet, Becanus calumniari, quando nos cum Donatistæ confert. Nam i. non dicimus, Ecclesiam Catholicam propter crimina Pontificis periisse toto orbe: sed Ecclesiam Latinam à Pontifice post annum Christi 600. seductam esse. 2. Ecclesiæ Catholicæ in Europa, Asia, & Africa, hodie; consueverat credimus. 3. Ecclesiæ particulares à Luthero hinc inde restitutas, & ad Apostolicam simplicitatem reductas fatemur. Videat itaque Becanus, an cum suis Papistis ab errore Donatistarum se penitus liberare possit, quando omnes Catholicos de mundo defecisse contendunt, exceptis solum illis, qui in Ecclesia Episcopi Romani remanserunt.

XI. Sed quia Becanus adducit insigne quoddam Augustini testimoniū, quo suam assertiōnē stabiliri putat, age illud adscribam, & cōsideremus. Extat illud testimonium *conc. 2. in psal. 101. contra Donatistas*: vbi vir magnus introducit Ecclesiam ita loquentem cum Christo: Quid est, quod neficio qui recedentes à me, murmurant contra me? Quid est, quod perditi me periiſſe contendunt? Certe enim hoc dicunt, quiaſſi, & non ſum. Annuntia mihi exiguitatem dierum meorum. Quamdiu ero in iſto ſeculo? Annuntia mihi proper illos, qui dicūt: Fuit, & iam non eſt: apostatauit & perii Ecclesia de omnibus gentibus. Et annuntiauit: Ecce ego vobis ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Hic aduerte, quomodo Augustinus per lateſta Donatistarum confodiat Lutheranos & Caluinistas, qui etiā dicant, quod illi dicebant: Ecclesia Catholicæ iam non eſt, ſed fuit: apostatauit, & perii. Contra quos ſimiliter licebit exclamare: Quid eſt, quod neficio qui recedentes à me, murmurant contra me? Quid eſt, quod perditi me periiſſe contendunt? Nonne tu Domine dixisti, Ecce ego tecum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi? Certe non dixisti, Ecce tecum ſum quingentis annis, & poſtea per aliquot ſecula te deferaſt, vſque ad tempora Lutheri & Caluinij; ſed diſerte, omnibus diebus, vſque ad finem mundi. Resp. 1. Contra quem disputas, Becane? Non certe contra nos. Diſerte enim fatemur, Ecclesiæ Catholicæ non poſſe deficere: neque Ecclesiæ viſibilem vniuerſe ſum, ſed hanc & illam Ecclesiæ particularem, qualis eſt Romana. 2. Ecclesia Christi fit inuiſibilis, non in ſe, ſed in oculis mundi, & hostium eius; quippe qui omnes coeци ſunt. At pii nouerunt ſe interſe. Et ſemper profitentur religionem animo & opere, in Ecclesia, & extra Ecclesia, vbi cunque poſſunt & licet: vbi non profitentur, tua culpa non faciunt, ſed aliena iniuria. Itaque ſemper profitentur, licet apud hos aut illos non profitantur. 3. Promissio illa Christi facta eſt Ecclesiæ inuiſibili, hoc eſt, omnibus electis: & Ecclesiæ viſibilem vniuerſe, non autem particulariter huic vel illi. 4. Promissio

Christi ſic eſt intelligenda, vt non aduersetur iphus vaticiniis de apostolica harum & illarum Ecclesiæ particularem. 5. Maiores nostri recesserunt non à Catholicæ Ecclesia, ſed à Romana corrumpi.

XII. Pergamus cum Becano. Sic autem ille concludit hanc diſputationem. Cum ergo Ecclesia Christi, vt hactenus ostensum eſt, non poſſit deficere vel errare in fide, propter peculiarem Spiritus sancti affiſtentiam, quam Christus illi promiſit; magna omnia debet eſe eius authoritas in negotio fidei ac religionis. Hanc authoritatem ſæpe commendat *Augustinus*, vt lib. contra Epistolam Manicheic. 5. cum ait: Ego vero Euangeliō non crederem, niſi me Catholicæ Ecclesiæ commoueret authoritas. Et lib. de utilitate credendi ad Honoratum c. 17. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ ab Apostolica ſede, per ſuccesſiones Epifcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrabitibus, culmen authoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel ſumma profeſto impietatis eſt, vel præcipitatis arrogantie. Notent hoc aduersarii. Porro in hac Ecclesiæ authoritate fundatur communis haec regula, quam Catholicæ perpetuo vrgent: *Nemo potest errare in fide & religione, qui ſentit, quod tota Ecclesia ſentit.* Vel: quod idem eſt; Vnusquisque tuto aſcureſe potest id amplecti aut respuerre, quod tota Ecclesia amplectitur aut refut. Hanc regulam vbiue tenuit Augustinus, & ex ea definiuit haec puncta. Primo, orandum eſt pro mortuis, lib. de cura pro mortuis. Secundo, paruulos eſt baptizandos, epift. 2.8. ad Hieronymum. Tertio, paruulis prodeſſe fidem eorum: à quibus ad baptismum offeruntur, lib. 3. de libero arbitrio c. 23. Quarto, hæreticos non eſt rebaptizandos, lib. 1. contra Cresconium Grammaticum ca. 33. Quinto, librum Matthæi Euangelistæ canonicum eſt, non librum Manichæi, qui illi contrarius eſt, lib. 2.8. contra Faſustum c. 2. Sexto, hæreticis & schismatycis non eſt præcīſam ſpem ſalutis, ſi refiſcant, lib. inchoate & expofitionis epift. ad Rom. poſt medium. Denique, vt ſemel dicam omnia, in omnibus ſequendum eſt iudicium Ecclesiæ, epift. 11.8. ad Ianuarium cap. 5. Ad haec, inquit, ita respondeo. Si diuinæ Scripturæ præſcribit authoritas, non ſit dubitandum, quin ita facere debeamus, vt legimus: vt iam non quomodo faciendum, ſed quomodo sacramentum intelligendum ſit diſputemus. Similiter etiam, ſi quid horum tota per orbem frequentet Ecclesia. Nam & hinc, quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentissimæ eſt infanția. Haec Augustinus. Et quamvis aliqua ex ſupra dictis punctis, quæ ex ipſo allata ſunt, ſoleant probari ex Apostolica traditione: hoc tamen non obſtarat, quo minus etiam probari poſſint ex authoritate Ecclesiæ: præferrim cum ex praxi, iudicio, & authoritate Ecclesiæ debeamus cognoscere, quænam ſint traditio-nes Apostolicae, & quæ non ſint. Nos cum Augustino eandem regulam amplectimur; ex ea ſpeciatim deducimus, eos non errare, qui defendunt Purgatorium, ſacrificium Miffæ, Inuocationem sanctorum, Exorcismum, & ſimilia, quæ conſenſu totius Ecclesiæ, ante quam Lutherus & Caluinus naſcerentur, recepta & approbata ſunt. Aduersarii, ſi hanc regulam reſpunt, nihil certi habere poſſunt in rebus fidei & religionis.

XIII. Retexamus breuiter hanc diſputationem. 1. Ecclesia Catholicæ absolute & vniuerſe non poſſet errare. At hoc nihil pertinet ad Ecclesiæ Catholicæ in his terris, quæ poſſet errare, licet non in fundamento ſalutis. Muſto minus itaque hoc pertinet ad Ecclesiæ particularem, qualis eſt Romana: de qua loquitur Becanus. 2. Ecclesia vera & viſibile non poſſet in toto deficere: ſed poſſet ſecundum quid, vt nos probauimus authoritate Scripturæ, exemplis, ratione, testimonio vōterum, imo iſorum Papistarum. 3. Affiſtentia Spiritus sancti, quam Christus promiſit Ecclesiæ, non periclitatur, quando haec vel illa Ecclesia errat. Semper enim Spiritus sanctus affiſtit ſuis: etiamſi interdum illis subtrahit actualē affiſtentiam. 4. Augustinus loquitur de ſe conuerso à Manichæismo. q.d. Ego non credidi ſem Euangeliō, renuntiando erroribus Manichæorum, niſi Ecclesiæ authoritas me commouifet, id eſt, occasio ſem credendi præbuſſet. 5. Idem dat primas Ecclesiæ, non in ordine ad Scripturas, ſed in ordine ad Ecclesiæ falsas. Atque ita Ecclesia obtinet culmen authoritatis. Deinde allegat ſuccesſionem Apostolica, quatenus ſuccesſio doctrinæ coniuncta erat cum ſuccesſione personali. 6. Vera eſt iſta regula: *Nemo potest errare in fide & religione, qui ſentit, quod tota Ecclesia ſentit*, nempe ex Scripturis, & ſecundum illas. 7. Quod attinet ad ſex illa puncta Augustini, prium aduertatur Scripturis; reliqua, ex iis decidi poſſunt primario & vltimo, ex iudicio & traditione Ecclesiæ ſecundario. 8. Quidquid præſcribit Scriptura, habet authoritatem diuinam: quidquid præſcribit tota Ecclesia ex Scriptura, ſimilem, non vero parem, habet authoritatem. Itaque eſt recipiendum. 9. Quænam ſint traditions Apostolica, non primario ex iudicio Ecclesiæ, ſed ex collatione cum Scripturis, cognoscitur. 10. Becanus falſo errore ſuos de Purgatorio, Miffa, & ſimilibus dogmatibus, concludit ex illa regula, Quidquid tota præſcribit Ecclesia, no poſſet eſſe erroneum. Nam tota Ecclesia ita non ſentit: ſed Ecclesia Romana degenerans. 11. Nos illam regulam admittimus, eo ſenſu, quo diximus modo num. 6.

XIV. Sed imponamus finem libro primo, quem inſcripſimus de natura & priuilegiis Ecclesiæ in his terris, ſeu, quod idem eſt, de iſipſi effenti & potentia. Effentiā iſipſi explicauimus definiendo vocem, cap. 1. eamque diſtinguendo, cap. 2. & definiendo rem; vbi diſputauimus, an Ecclesia Catholicæ fit viſibilis, cap. 3.4. & ex quibus partibus iſipſa conſtet, idque in theſi, cap. 5. & 6. ex hypothesi, c. 7.8. & 9. Ibi quæſitum eſt, an conſtet ex impiis & infidelibus; hic, an ex non-baptizatis, catechumenis, & excommunicatis. Potentia Ecclesiæ alia eſt actiua, alia paſſiua. Illa cernitur in potestate & authoritate Ecclesiæ, circa res fidei cap. 10.11. (vnde reſultat quæſtio, an in Ecclesiæ ſit credendum, cap. 12.) & ceremonias, cap. 13. hæc eſt potentia tum errandi, cap. 14. 15. tum deficiendi, cap. 16.17. Atque ita ſignatum explicauimus. Iam ad iſipſa ſigna, ſive notas, accedemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER